DE
CATENIS IN PROVERBIA SALOMONIS

CODICIBUS VATICANO GRAECO 1802 ET BEROLINENSI PHILLIPPICO GRAECO 1412 TRADITIS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM SCRIPSIT

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM JENENSIUM ORDINE

RITE IMPETRANDOS

OTTO HOPPMANN

BORUSSUS

JENAE

TYPIS H. POHLE

MCMXI

Genehmigt von der philosophischen Fakultät der Universität Jena auf Antrag des Herrn Professor Dr. Hirzel.

Jena, den 25. November 1911.

Professor Dr. Judeich
d. Zt. Dekan.

PARENTIBUS · CARISSIMIS

SACRUM

Novissimis temporibus cum viri docti summo iure in catenis perscrutandis iam magis magisque sint versati, eos secutus etiam ego animum adverti ad eas catenas, quae ad Proverbia Salomonis explicanda spectant. Generalis quae inter has intercedit ratio iam ab aliis definita est; omnes enim Proverbiorum catenae sunt proprietatibus quibusdam divisae in quinque classes[1] nec paucis verbis viri docti demonstrare contenderunt, quo modo illae classes inter se cohaereant[2]. Sed ut ad certos exitus perveniamus, singulas catenas singularum classium accurate ac diligenter inter se conferamus necesse est.

Quisquis iam comperire studet, quot catenae in Proverbia conservatae sint, catalogum catenarum Graecarum inspiciat. In hoc libro p. 301 sqq. 42 codices enumerantur, quibus tales catenae continentur. Ex illis primae classi non minus quam 28 attribuendi sunt, tertiae autem unus tantum; qui restant 13 in tres reliquas classes sunt dispertiendi. Gravissima harum omnium catenarum habetur ea, quam, cum aliud eiusmodi exemplar non extaret, singulari classi assignare necessarium erat. Agitur de illa catena, quae tantummodo codice Vaticano Graeco 1802 continetur atque ideo summi ponderis momentique est. Qui codex diligentissime exaratus saeculo XII est attribuendus. Catena in Proverbia, quae in hoc codice tradita est, ceteris talibus amplitudine longe antecellit ac tam multa illis similia exhibet, ut Achelis vir doctissimus[3] ceteras catenas nihil aliud esse nisi

1) Cf. quae composuerunt Karo et Lietzmann: Catenarum Graecarum catalogus p. 299 sqq.

2) Vid. quae de hac re scripserunt Joh. Achelis: Hippolytstudien [= TUNF I, 4] p. 137 sqq., Lips. a. 1897, et Mich. Faulhaber: Hohelied-, Proverbien- und Prediger-Catenen [= Theol. Stud. d. Leo-Ges. 4] p. 74 sqq., Vindob. a. 1902.

3) Achelis: Hippolytstudien p. 138.

recensiones illius integri commentarii in angustum coactas suspicatus sit. Quae res quacunque ratione sese habet, id quidem dubitari non potest, quin in perpendendis Proverbiorum catenis principium capiendum sit ab illa catena amplissima, cuius auctorem nescimus. Quapropter consentaneum est etiam me in hac dissertatione, qua duas diversarum classium catenas tractandas mihi proposui, primo loco illam gravissimam adhibuisse. Codicem, in quo hanc scriptam invenimus, ipsum quidem non inspexi, sed pro eo tabulas illius catenae phototypice factas in usum vocavi.

Tertia classe remota ex ceteris maximam vim habet prima; propterea alterum exemplar ab hac classe petivi. Haec catenarum Graecarum catalogo teste dividenda est in duas partes textu haud nimis diversas, quarum utraque ibi hoc modo discernitur: Altera prologis carens nomina usque ad finem satis accurate adscripta habet, altera tres varios prologos praemittens in posteriore catenae parte nusquam praebet nomina. Ad commentatiunculam meam codicem illius primi generis diligentissime exaratum adhibui, Berolinensem Phillippicum Graecum 1412, quem saeculo XVI attribuimus. Dissertationem autem ita instituemus, ut primum quaeramus, quae ratio intercedat inter catenas illis codicibus Vaticano et Berolinensi traditas, deinde altera parte perpendamus, utri catenae maior fides nominum textusque adscribenda sit. Restat, ut indicemus nos illum codicem Vaticanum semper littera V et Berolinensem littera B signasse. Quibus rebus praemissis ad ipsum propositum transeamus.

I. CATENAE CODICUM V ET B INTER SE COMPARANTUR.

a) De similitudine extranea.

Etiam eis, qui cursim duas quas tractaturi sumus catenas contemplantur, similitudo quaedam sub oculos venit, de qua iam ab aliis identidem disputatum est. Quam in mente habeo rem primus, nisi fallor, Achelis ex codice V indicavit[1]. Huius codicis catena, ut illam rem paucis verbis exponam, est divisa in partes ad sexies septenos dies pertinentes. Hoc enim evidentissime elucet ex hac re. In superiore margine folii 1^r extant verba τῇ β′ τῆς α′ ἑβδ′, f. 9^r invenimus verba τῇ γ′ τῆς α′ ἑβδο-

1) Achelis: l. c. p. 140.

μάδος, f. 11ᵘ τῇ δ' τῆς α' ἑβδομάδος; et sic pergitur usque ad sextum diem sextae hebdomadis. Postremo enim loco f. 137ᵘ leguntur verba τῇ παρασκευῇ τῆς ϛ' ἑβδ'. Qua ex re Achelis catenam inter sollemnia religionum recitatam esse collegit; huic coniecturae autem iure meritoque adversatur Faulhaber dicens[1] se animo bene concipere posse litteras divinas ipsas inter sollemnia religionum esse recitatas, sed singulis diebus novenas catenae paginas lectas sibi non probabile esse videri. Sese potius suspicari textum Proverbiorum ipsum principio recitandi causa in ampliores divisum esse partes, quarum notae postea etiam in catenas relatae essent. Et haec coniectura sagaciter excogitata paulo post optime confirmata est codice invento, in quo textus Proverbiorum libri (sine ulla interpretatione) eodem modo divisus est atque in catenis ad Proverbia. Sed hoc quoque dignum est, quod commemoretur. Cum in codice V f. 82ʳ, 86ᵘ, 89ʳ verba inveniantur τῇ β' sive γ' sive δ' τῶν βαΐων, etiam tempus notum est, quo Proverbiorum liber recitabatur; fieri enim solebat tempore passionis dominicae quod vocatur. Primi extremique dies hebdomadis semper omissi sunt; illis diebus igitur lectiones in usu fuisse videntur, quae non ex Proverbiis sumptae erant. — Eadem ratione etiam catena codicis B dispertita est, etsi ibi notae ad lectiones spectantes non semper sunt plenae ac primo alteroque loco omnino desunt. Ceterum contra hoc proferri potest etiam in codice V uno saltem loco lectionis signum desiderari; nusquam enim scripta videmus verba τῇ γ' τῆς γ' ἑβδομάδος. At haec f. 40ʳ sive 42ʳ adicienda esse videntur, quibus duabus paginis linea curva quidem invenitur, sed nulla adnotatio adiecta. In B legitur ante eas tres partes, quae illis duabus respondent, f. 40ᵘ τῇ γ' τῆς γ' ἑβδ', f. 42ᵘ τῇ δ' τῆς γ' ἑβδ', f. 43ʳ autem iterum τῇ γ' τῆς γ' ἑβδ'. Tum lectiones duarum catenarum inde a tertia decima omnes congruunt exceptis duabus postremis, de quibus infra agemus. Exitus quidem duarum catenarum aliquatenus inter se discrepant, quia finis Proverbiorum libri duobus ordinibus traditus est, ex quibus utraque catena alium sequitur. Quamquam si singulas catenarum interpretationes in illis capitibus cum reliqua parte comparaverimus, statim intellegemus ibi nullam differentiam esse animadvertendam, sed commentarios continuari ratione supra adhibita.

1) Faulhaber: l. c. p. 75 adnot. 2.

At quaeramus, quo modo divisio illarum catenarum exorta sit. Quod in catena codicis B, ut ab hac ordiamur, duae primae adnotationes desunt, id mea quidem sententia ad librarii huius catenae ipsius errorem non redit. Nam mirandum est, quod, cum omnes reliquae extent, duae primae ipsae omissae sunt statimque a tertia initium est captum. Quapropter censeo illa signa iam in eo exemplari defuisse, quod ille librarius exscripsit. Maxime quaestioni accommodatae sunt adnotationes partium duodecimae lectionis. In lectionibus undecima et tertia decima duae catenae accuratissime consentiunt. Librarius catenae codicis B autem vel fortasse auctor quidam cum in exemplo suo signum duodecimae lectionis, ut videtur, desideraret (hoc etiam in V nusquam inveniri supra diximus), duabus sequentibus partibus ex recto ordine adscripsit τῇ γ′ sive δ′ τῆς γ′ ιβδ′. Sed ubi postea ad illud δ′ lectionis tertiae decimae venit, nunc quoque insuper aliud γ′ huic δ′ respondens adicere constituit, quod re vera fecit loco, qui ei idoneus esse videbatur, ante ipsum caput nonum. At lectionem duodecimam pertinere inde a cap. 8, 22 — 9, 11 satis manifestum est; nihil aliud in ea animadvertitur nisi discrepantia adnotationum ideoque etiam partium. Quod autem ad differentiam duarum postremarum lectionum attinet, equidem non disceptaverim, qua ratione explicanda sit. Hoc tamen adnotabo me amplitudinis causa suspicari codicem B primariam praebere divisionem. Ex omnibus quas modo diligenter disserui rebus satis perspicue apparere mihi videtur illam divisionem neque in catena codicis B nec codicis V esse principalem, sed ex alio exemplari sumptam atque a librario de quibusdam causis paulum depravatam. Quae coniecturae sive rectae sunt sive falsae, hoc quidem dubitari non potest, quin eae de quibus agitur catenae propter illam divisionem affinitate quadam coniunctae sint.

Idem etiam ex hac re colligi posse videtur. Cum in amplissima catena tum in catena codicis B occurrit ad finem alicuius rei indicandum interdum verbum τέλος sive id per compendium scriptum. In catena codicis V illud vocabulum quater tantum invenitur, atque id post cap. 16, 33 (f. 72^{u}); 18, 4 (f. 77^{u}); 19, 22 (f. 83^{u}); 22, 4 (f. 90^{u}); ex his autem locis in catena codicis B tantummodo extat tertio, quamvis in hac multo saepius legatur quam in illa altera. Nam eis quibus in fine lectionis scriptum videmus locis missis illud verbum etiam invenimus

post cap. 3, 34; 5, 15; 6, 3[a]; 7, 1[a]; 11, 12; 12, 6; 13, 9[a]; 15, 4; 19, 22; 21, 21; 24, 5. Cum lectionis fine autem concurrit post cap. 3, 18; 9, 11; 9, 18[c]; 12, 22; 14, 14; 15, 19. Sed etsi in catena codicis B cogitare possis illo τέλος indicari librarii pensum, quod is sine longa intercapedine vel fortasse diebus singulis descripserit, tamen in amplissima catena rem aliter sese habere censeo. Nec vero librarium maiorem amplissimae catenae partem uno die minoremque ex divisione prolata quattuor diebus scripsisse existimo. Librarium autem sua ipsius pensa adnotavisse equidem persuadere mihi non possum. Potius comprobes velim illud τέλος in catena codicis B etiam fines lectionum indicare. Nam si eos quibus extat locos contemplamur, videmus illud vocabulum saepissime accurate vel satis quidem accurate cum lectionis fine concurrere. Verbum τέλος igitur principio in margine adiectum et postea, cum in textum insereretur, non semper plane recto loco adscriptum esse videtur. Sed sic quoque nonnullos locos expedire nequeo. Huc accedit, ut in amplissima catena illud τέλος nusquam cum lectionis fine concurrat. At hanc rem aliis absolvendam reddo.

b) Utraque catena paucis verbis describitur.

Postquam duas catenas affinitate quadam coniunctas esse cognovimus, nunc ad textum catenarum ipsum accedamus. Sed priusquam in singula fragmenta inquiramus, mihi non inutile esse videtur illas catenas paucis verbis describere. Utraque catena constat usitato more ex litterarum divinarum textu eiusque variis interpretationibus atque id ita, ut in catena codicis V sententias explicationes continuo sequantur, in altera textus perpetuo sic scriptus sit, ut explanationibus includatur. Amplior catena, ut ab hac incipiamus, interpretationes simpliciter inter se coniunctas praebet certam rationem non secuta. Huius auctor, ut videtur, id potissimum spectavit, ut totam quam operi suo habuit materiem viris doctis, quibus catena re vera erat destinata, proponeret eisque commode facultatem daret meditandi, cuius sententiam sequerentur. Itaque nequaquam mirandum est, quod in continuis catenae fragmentis interdum bis vel saepius idem affertur, immo identidem partes quaedam ad verbum consentiunt. F. 58[u] col. II desinit, ut exemplum afferam, alterum fragmentum illius usque ad hoc tempus incerti auctoris, qui indicatur litteris

συ', hisce verbis (frg. 705): ὥσπερ δὲ οὐκ ἀρέσκει τῷ δικαίῳ οὐδὲν ἄδικον, οὕτως οὐδὲ τῷ ἀδίκῳ τὸ δίκαιον· οὐκ ἄρα παρὰ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ παρὰ τὴν κρίσιν τὰ κακά; haec autem in subsequente Chrysostomi fragmento f. 59ʳ ad verbum fere iterantur. Item f. 61ᵘ suprema pars primi scholii nomine carentis satis bene conspirat cum media continui fragmenti parte illius incerti auctoris. Repetuntur etiam particulae in scholiis eiusdem auctoris nomen prae se ferentibus. F. 43ʳ col. II occurrunt in Chrysostomi fragmento ex. gr. haec (frg. 492): ... τὰ θεῖα φωναῖς ἀθνρωπίναις ἐκέρασεν, ὅ ἐστιν σοφία ἀνθρώπων, ἵνα χωρῆσαι αὐτὴν δυνηθῶμεν. Quae verba cum una varia lectione f. 42ᵘ col. II item in Chrysostomi scholio, quod quidem ad aliam sententiam explicandam pertinuit, iam erant prolata. F. 44ᵘ col. II tum vero duo continua Origenis fragmenta (frg. 515 sq.) ab eisdem verbis ordiuntur: Οὐ δεῖ ἁμαρτάνοντας ἐλέγχειν τοὺς κακούς. Sed de his repetitionibus copiosius agere supervacaneum est, quia Faulhaber illam rem iam satis superque illustravit[1]. Cum auctor amplioris catenae scholia tantummodo inter se coniunxerit, consentaneum etiam est illum non laborasse de discrepantiis, quae animadvertuntur in singulis fragmentis. F. 136ᵘ col. II legitur ex. gr. haec explicatio (frg. 1723): κλέπτην δὲ νῦν τὸν δωροδόκον· τοῦτο γὰρ ἱκανὸν τὴν ψυχὴν βαραθρῶσαι; quae verba inveniuntur in fine Procopiani fragmenti. Continuo autem in principio Origeniani fragmenti his verbis pergitur: κλέπτην οὐκ ἄλλον τινά, εἰ μὴ τὸν διάβολον λέγει. Sed haec hactenus!

Plane aliter res sese habet in catena codicis B. Illius auctor non catenam viris doctis accommodatam scribere, sed potius commentarium brevem continuumque componere voluit, qui ab omnibus eis, quibus sententia quaedam difficultatem attulisset, commodissime in usum vocari posset. At susceptum munus auctor non absolvit scholiis subtiliter conscriptis, sed eis, quae paucis verbis multas res complecterentur. Quapropter plerumque summam solam attingens unamquamque sententiam uno tantum scholio explicat. Sed interdum complura quoque vel duo quidem fragmenta ad eandem sententiam exhibet ac nonnunquam eadem duo, quae in V extant. Velut f. 98ʳ ad Prov. 28, 8 duo fragmenta Τὸ ῥητόν, . . . εἴρηται et Ὁ πλοῦτος . . . ἐπανάγοντες nominibus carentia inveniuntur, quae etiam in V (f. 131ʳ) nomini-

1) Faulhaber: l. c. p. 80 sq.

bus Procopii Origenisque appositis sola ad illam sententiam scripta videmus. Sed sunt quoque sententiae in contextu sacro codicis B, quae in catena omnino non explicentur, etiamsi in altera explanatae sunt. B f. 99^r et f. 100^r ex. gr. ad magnum sententiarum numerum omnis interpretatio desideratur, quamquam in V loco illi respondente (f. $132^{r\ et\ u}$ e. q. s.) complures explicationes investigari possunt. Hic autem nemo dicat hanc rem ad supremam catenae partem spectare nec usquam alibi animadvertendam esse; haec opinio enim est falsa. Nam etiam f. 54^r codex B ex. gr. ad Prov. 13, 13 nullam praebet explicationem, etsi V (f. 61^r) ad illam sententiam quoddam Chrysostomi fragmentum continet. Et similiter paginis allatis saepius res se habet. Quod ad singula scholia attinet, haec sunt cum illis amplioris catenae comparata in universum contracta. Plurima tamen paulum tantum commutata sunt. Ipsa excerpta satis vel plane accurate textum secuntur codice V exhibitum, etiamsi interdum ex amplo fragmento variae interruptaeque sententiae electae sunt. Nonnunquam autem excerpta tam brevi forma praebentur, ut nihil aliud nisi gravissima verba legantur. Frequenter auctor illius brevioris catenae etiam breves adnotationes neque raro eas, quae in ampliore catena in margine vel supra textum Proverbiorum adiectae sunt, in commentarium suum recepit. B f. 67^r invenimus ex. gr. nullo nomine apposito verba Ἐπονείδιστος ὡς ἄφιλος καὶ ἀβέβαιος. Eadem in V f. 77^r ut scholion margini adscriptum nobis sub oculos veniunt: hic quidem, quod nullius est ponderis, illud ἐπονείδιστος ex Proverbiorum sententia ad quam hoc scholion pertinet petitum deest. Similiter B f. 73^u sine nomine verba Ὅτι δεῖ ἐν κρυπτῷ ἐλεεῖν leguntur, quae eadem forma V f. 87^r loco respondente supra Proverbiorum textum scripta videmus. Quamquam autem res ita sese habet, tamen nobis non reticendum est nonnunquam etiam in catena codicis B ampla occurrere fragmenta, quae in altera catena eisdem fere verbis rursus inveniuntur. Conferatis, quaeso, B f. 40^u amplissimum Didymi fragmentum Πολλὰ σημαίνουσα . . . ἐξέδωκαν cum Didymi fragmento V f. 40^u vel B f. 87^r scholion anonymon Ὁ σειρμὸς . . . νύμφη Χριστοῦ cum Hippolyti scholio V f. 112^r. Qui igitur catenam codicis B conscripsit, in ratione contrahendi sibi non semper constitit. Nam si brevem commentarium facturi sumus, etiam in amplo gravissimoque fragmento quasdam res exstinguere possumus.

c) Fragmenta anonyma tractantur.

Antecedente parte de eis quas tractamus catenis in universum egimus. Sed si rationem quae inter eas intercedit penitus cognoscere volumus, in singula fragmenta diligentius inquiramus necesse est. Hoc autem ita instituemus, ut primum accedamus ad genus fragmentorum nominibus carens, deinde ad genus certis nominibus notatum. Ac primum quidem animos advertamus ad illud genus i. e. ad ea scholia, quae in utraque catena sine nominibus extant. Primo autem loco hic eorum scholiorum mentionem faciam, quae in catenis codicum B et V accurate conspirant. B f. 45^{u} legitur ex. gr. fragmentum Τὸν πρᾳότην ἀνδρεῖον ἐκπεσόντα τῆς σοφίας ἡ πενία τοῦ λόγου ταπεινοῖ (frg. 414). Quod scholion V f. 47^{u} col. II eadem forma invenitur. Numerus autem talium fragmentorum non est magnus. Sed hanc rem haud admiramur; nam nemo nescit textum etiam tum aliquatenus depravatum videri, cum alter codex directo ad alterum redit. Quocirca nos omnia ea fragmenta, quorum discrepantiae sunt exiguae nulliusque momenti, pro eisdem habere necesse est. Sic, ut exemplo utar, res est in hoc scholio (B f. 38^{r}): Οἶκος αὐτῆς, τὸ πλάτος τῶν δογμάτων. θυρίς, τὸ μερικόν: Θυρίδα καλεῖ τοῦ ἀνθρώπου τὴν σάρκα, δι' ἧς ὁ ἐχθρὸς τὰς ἀπάτας ποιεῖ (frg. 304). Quod fragmentum V f. 35^{u} hisce duabus commutationibus invenitur: Pro commate post θυρὶς V exhibet δὲ et ante θυρίδα in hoc codice est adiectum ἡ. Sed discrepantiae, quas hic respici volo, sunt interdum etiam maioris numeri graviorisque ponderis. Quam rem hoc quod V f. 42^{r} extat scholio illustrabo (frg. 475): Ὅτι προγνώστης ὢν ὁ θεός, ὁρῶν τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν ἔγνω πάντως τοὺς ἐξ αὐτῶν τεχθησομένους ἁγίους καὶ εὐφραίνετο ἐν αὐτοῖς. Variae lectiones codicis B, in quo fragmentum f. 42^{u} legitur, sunt hae: ὅτι B om.; articulos τὸν ante Ἀδὰμ et τὴν ante Εὔαν B om.; πάντας B pro πάντως; ηὐφραίνετο B pro εὐφραίνετο. Vel B f. 36^{u} fragmentum ad Prov. 6, 22 pertinens hoc modo scriptum invenimus (frg. 284): Ἀντὶ τοῦ ἡνίκα ἂν διαλογίζῃ ἢ λαλῇς ἢ πράττῃς. κατὰ τὴν Χριστοῦ νομοθεσίαν ποίει· περιπάτησιν γὰρ τὴν ἐνέργειαν τούτων φησί. Secuntur nunc variae lectiones alterius catenae (f. 33^{r}): τοῦτο φησὶν V pro ἀντὶ τοῦ; λαλεῖς et πράττεις V pro λαλῇς et πράττῃς; τοῦ Χριστοῦ V pro Χριστοῦ; περιπάτους V pro περιπάτησιν.

Plerumque autem duarum catenarum fragmenta certis nominibus carentia magis inter se discrepant. Saepissime enim ad

parvas textus discrepantias accedit, quod scholia catenae codicis B breviora sunt quam alterius catenae. Eligamus ex. gr. fragmentum, quod B f. 34^r hac forma scriptum videmus (frg. 262): Βούλεται διορατικὸν εἶναι τὸν σοφὸν καὶ τὰς τῶν ἐναντίων ὑπερίπτασθαι πάγας τοῖς τῶν ἀρετῶν πτεροῖς κουφιζόμενον. Hoc scholion in V (f. 29^r col. II) loco respondente legitur cum transmutatione διορατικὸν εἶναι βούλεται: praeterea autem illi fragmento etiam adiectum est: καὶ ἡ δορκὰς γὰρ προορωμένη τὰς πάγας ἐκφεύγει ταύτας. Item non mirandum est saepius quoddam scholion amplioris catenae in illa altera divisum esse in complura parva. Nam cum in B singulae Proverbiorum sententiae earumve partes et explicationes ad illas attinentes eisdem signis notatae sint, eiusmodi divisio facile intellegi potest: parva fragmenta sunt nihil aliud nisi particulae illius ampli scholii. Quam rem ut exemplo illustremus, haec tria afferamus parva fragmenta, quae B f. 35^u inveniri possunt (frg. 273 sqq.): Ὕπνος ψυχῆς, λογισμῶν κακία καὶ ἀγνωσία: Τὴν διαφθορὰν λέγει τῶν ἀρετῶν ἀργίαν: Ἐπιτηδεύεις ὕπνον οὐ πρὸς ἀνάπαυσιν, ἀλλὰ πρὸς ἐργασίας φυγήν. Haec scholia V f. 31^r satis accurate rursus leguntur in uno scholio; unica discrepantia exoritur eo, quod V pro τὴν διαφθορὰν exhibet verba τὴν γὰρ διαφοράν. Ad hoc autem illud fragmentum in V etiam continuatur hisce verbis: Τὸ δὲ κατάκεισαι ἀντὶ τοῦ ἕως πότε τοῖς ματαίοις ἐναπομένεις. Raro denique in fragmentis non signatis duo quoque genera occurrunt. Ac primum quidem B continet quasi particulam ex scholio amplissimae catenae excisam i. e. fragmento sine nomine exhibito codicis B in V non modo alia antecedunt, sed secuntur illud etiam alia, quae eidem fragmento attribuenda sunt. B f. 43^u extat ex. gr. hoc scholion (frg. 384): Δικαίως τὸ δίκαιον διώξατε· καὶ πάντα δοκιμάσαντες τὸ καλὸν κατέχετε. Respondens fragmentum in V (f. 44^u) incipit a verbis Εἰ ἐλάβετε φρόνησιν, τὴν αἰώνιον ζωὴν ζήτετε· κατορθώσατε δὲ καὶ σύνεσιν ἐν γνώσει· ἀντὶ τοῦ: quae verba nunc scholion ex B modo allatum sequitur. Quo scholio adscripto fragmentum in V hoc modo continuatur: τὸ δὲ „ὁ παιδεύων κακοὺς λήψεται αὑτῷ ἀτιμίαν“ τοιαύτην δοκεῖ ἔχειν ἔννοιαν· ὅτι ὁ τοὺς εἰς ἄκρι κακίας ἐληλακότας παιδεύων ἑαυτῷ ἀτιμίαν χορηγεῖ. ἀκούων τῆς γραφῆς λεγούσης· μὴ βάλλετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. Rarissime deinde B etiam excerptum habet ex fragmento illius amplioris catenae sumptum i. e. hoc loco, in B tantummodo res gravissimae illius fragmenti codicis V paucis verbis proferuntur.

Pro eiusmodi excerpto fortasse hoc scholion (B f. 61r) haberi potest: Ἐλέγχους, ἢ τὰς ἐπιτιμήσεις, ἢ τὰς ἀποδείξεις (frg. 649). Quod fragmentum in V (f. 68u col. II) ita legitur: Ὁ τηρῶν ἐλέγχους, ἤγουν τὰς ἐπιτιμήσεις ἢ τὰς ἀποδείξεις, ἀγαπᾷ ψυχὴν αὐτοῦ. Haec sunt gravissima genera, quibus fragmenta anonyma duarum catenarum nobis sese offerunt.

d) Fragmenta certis auctoribus assignata tractantur.

Iam ad fragmenta certis nominibus signata transeamus ac quaeramus, quatenus haec inter se consentiant. Eiusmodi fragmenta autem hic quibusdam causis commoti non modo ea intellegimus, quae in utraque catena nomina prae se ferunt, verum etiam ea, quae in una tantum catena certo auctori adscripta sunt. Scholion, quod in duabus catenis eodem nomine notatum simulque plane par est, non inveni. Quapropter duo scholia ad verbum concinentia saltem afferam, quae in altera catena certis nominibus notata sunt, in altera autem nominibus carent. Sic legitur B f. 96r sine nomine fragmentum Οἶκος τοῦ σπουδαίου, ἡ ἀρετή· μὴ φθονήσῃς οὖν τῷ ἀδελφῷ τῆς ὑψηλοτέρας πολιτείας, ἀλλὰ ζήλωσον (frg. 1168): et hoc accuratissime respondet Apollinarii fragmento V f. 127u. Alterum scholion B f. 69u nomine carens hisce verbis scriptum videmus (frg. 810): Λόγους σοφίας καὶ ἀρετῆς διδάσκαλοι μερίζουσι· κτῆσιν δὲ ἀρετῆς ὁ θεὸς δίδωσιν. Hoc quoque fragmentum V f. 82r col. I illi incerto auctori attributum accurate rursus invenitur. Longe frequentiora autem sunt ea fragmenta certis auctoribus assignata, quae praeter nonnullas discrepantias congruunt. B f. 73r, ut pauca quidem exempla adiciam, sine nomine traditum est scholion Ὕπαιθρος γωνία, πρᾶξις κρύφιος, θεωρίας ἁπτομένη καὶ ὑπὸ (τοῦ altera manu in margine adiectum) τῆς δικαιοσύνης ἡλίου φωτιζομένη· οἶκος δὲ κεκονιαμένος, κακία ἀρετὴν ὑποκρινομένη (frg. 874). Hoc V f. 87r nomine Chrysostomi apposito his extat variis lectionibus: κρυφία V pro κρύφιος; ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης φωτίζεται V pro καὶ ὑπὸ [τοῦ] τῆς δικαιοσύνης ἡλίου φωτιζομένη. Apollinarii fragmentum deinde V f. 136r hac forma scriptum est (frg. 1717): Ὁ σπαταλῶν ἁμαρτάνει καὶ δοῦλος ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας· ὕστερον δὲ ἐν αἰσθήσει γενόμενος, οἵ κακῶν ἐστιν, ὀδυνηθήσεται. Discrepantiae in B, ubi scholion f. 101r sine nomine exhibetur, sunt hae: γίνεται B pro ἐστί; συναισθήσει B pro αἰσθή-

σει; οἵων κακῶν B pro οἱ κακῶν. Denique etiam B f. 50^u satis amplum Chrysostomi fragmentum Ἐπειδὴ πολλοὶ ... προσδέωνται cum respondente idemque nomen prae se ferente fragmento V f. 57^r quibusdam discrepantiis neglectis conspirat.

Sed ut in anonymis, ita in signatis quoque scholiis duarum catenarum discrepantiae maioris momenti investigari possunt: ad varias lectiones enim saepius accedit, quod fragmenta in V aliqua ratione dilatata sunt. Velut fragmentum nomine carens, quod B f. 98^r scriptum est Δῆλος γὰρ ὁ ἀσεβὴς τῷ συνειδότι βαλλόμενος (frg. 1189), cum variis lectionibus V f. 130^r ut principium Procopiani fragmenti invenitur, quod his verbis continuatur: οἷον δὸς κλέπτην εἰς μέσον ἀκούειν κατὰ κλεπτῶν καὶ ὅρα τούτου τὴν συνείδησιν· εἰ μὴ δῆλος εἴη ἐλεγχόμενος ἐκ τοῦ ἔνδοθεν μάρτυρος, ὅπως ἐκκλίνῃ τοὺς λόγους νυττόμενος. Quod in B (f. 98^r) sine nomine subsequitur fragmentum Τῶν αἱρετικῶν ἡ ἱκανότης ὑετός ἐστι λαῦρος καὶ ἀνωφελής· ἐπαινούντων ἅπερ ἀνέπλασαν (frg. 1190), habet V (f. 130^u) diligenter et accurate in exitu Procopii fragmenti. Antecedunt illis verbis autem haec: Τί γὰρ ἐκεῖνος ποιεῖ; οὐδὲν ἐπωφελές· παρασύρει γὰρ τὰς οἰκίας· τούτῳ παραπλήσιοι οἱ τὸν τοῦ θεοῦ νόμον καταλιπόντες· ἀλλὰ καί. Neque aliter atque in praecedente parte hic quoque eiusmodi scholia commemorare debemus, quae in altera catena dispertita sint in complura minora. Hoc ex. gr. factum est in duobus brevibus fragmentis, quae B f. 90^u sine nominibus deinceps hac leguntur forma (frg. 1095 sq.): Οὐ μόνον τὰ ἄκρα τῆς σοφίας δόγματα μετιών, ἀλλὰ καὶ τὰ εἰσαγωγικά: Τῶν πεπολιωμένων ταῖς ἀνθρωπίναις ἐπιστήμαις. Quae scholia V f. 139^r cum variis lectionibus minimi ponderis rursus invenimus ut unum fragmentum Procopianum.

Denique hoc loco etiam illarum partium ex amplis fragmentis excisarum et illorum excerptorum mentionem faciamus. Ad primum genus illustrandum autem fragmentum, quod B f. 95^u sine nomine extat, afferre mihi liceat (frg. 1160): Δοκῶν γὰρ διὰ φιλίαν σιωπᾶν μισεῖ αὐτὸν τῇ ψυχῇ. Respondens scholion orditur in V (f. 126^u), ubi Procopii nomen ei adscriptum est, a verbis Τοῦτο ποιεῖ ὁ ἐξ ἐπιπολῆς ἀγαπῶν. Et verbis quae supra attuli accurate fere prolatis scholion finitur sententia: ὁ δὲ φανερῶς ἐλέγχων κρείσσων. Vel B f. 43^u sine nomine scriptum videmus breve fragmentum Ὡς γὰρ οἱ ἀσθενοῦντες χρήζουσιν ἰατρείας, οὕτως σοφίας οἱ ἄφρονες (frg. 379), quod V (f. 43^u) in medio Basilii

fragmento exhibet. Fragmento ex B allato praecedunt verba Ἐκκλινάτω· οὐ τοπικῶς, ἀλλ᾽ ἐννοηματικῶς, secuntur illud verba ἄφρων, νήπιος· οὐχ ἵνα ἄφρων μείνῃ προσδραμὼν ἐμοί, ἀλλ᾽ ἵνα τῆς ἐμῆς μεταλάβῃ φρονήσεως. Frequentius quam in scholiis anonymis in signatis excerpta nobis sub aspectum veniunt. B f. 23r invenimus ex. gr. ad Prov. 1, 19 deinceps haec tria fragmenta, ex quibus secundum Polychronio attributum est, duo alia autem sine nominibus exhibita sunt (frg. 85 sqq.): Ὁδοὺς ἐνταῦθα τὰς ἕνεκεν ἁμαρτιῶν τιμωρίας λέγει· συντελοῦνται, οὐχ ἁπλῶς οἶμαι τί ποιεῖν, ἀλλὰ (τὸ altera manu adiectum) πληρῶσαι τὸ μέτρον τῶν πατέρων αὐτῶν: Ἀσέβεια, ποτὲ μὲν ἡ ψευδὴς περὶ θεοῦ δόξα, ποτὲ δὲ ἡ ὁπωσδήποτε ἁμαρτία· ὡς τὸ μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς, ἀντὶ ἁμαρτωλοῦ: Ἀφαιροῦνται ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, ἀπὸ τῆς ζωῆς τοῦ Χριστοῦ. Haec scholia praebet V unico fragmento illi incerto auctori assignato ita (f. 8u): Οὐδείς ἐστι, φησίν, ὁ διαφυγών, πάντες ἑάλωσαν· συντελεῖν δέ, οὐχ ἁπλῶς οἶμαι τί ποιεῖν, ἀλλὰ τὸ πληρῶσαι τὸ τῶν πατέρων μέτρον καὶ ὑποκεῖσθαι παντὶ αἵματι· ἀσεβήσαντες γὰρ τῆς ζωῆς ἑαυτοὺς ἀπεστέρησαν. Ἀσέβεια δὲ ποτὲ μὲν ἡ περὶ θεοῦ ψευδὴς δόξα λέγεται, ποτὲ δὲ ἡ ὁπωσδήποτε ἁμαρτία· ὡς τὸ μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς· ἢ τὴν ψυχὴν ἀφαιροῦνται ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, τουτέστιν ἀπὸ τῆς ζωῆς τοῦ Χριστοῦ. Postremo exemplum ex posteriore catenae parte eligamus. B f. 83r extant haec duo continua fragmenta nominibus carentia (frg. 1023 sq.): Ὁ τῷ ὑπὸ θεοῦ χειροτονουμένῳ βασιλεῖ ἀπειθῶν κατὰ ἀντανάκλασιν θεῷ ἀπειθεῖ: Μόνος γὰρ ὁ κρίνων τὸ αἴτιον καὶ τὸ εὔλογον οἶδε τῆς τιμωρίας. Scholia modo allata affinitate coniuncta sunt cum Chrysostomi fragmento V f. 103u, cuius verba sunt haec: Τὸν ἀληθῶς βασιλέα Χριστὸν τὸν θεόν· ἢ βασιλέα· τὸν πρὸ τῶν βασιλευομένων ἑαυτοῦ βασιλεύοντα· μήθ᾽ ἑτέρᾳ αὐτῶν ἀπείθει· ὁ γὰρ ὑπὸ θεοῦ χειροτονουμένῳ βασιλεῖ ἀπειθῶν τὸν θεὸν ἀτιμάζει· ἐξαίφνης γὰρ τίσονται τοὺς ἀσεβεῖς· ἐπεὶ μηδεὶς οἶδε τὴν ὥραν ἐκείνην ἢ τὴν ἡμέραν. Πολλάκις δὲ καὶ ἔτι ζώντων ἀδοκήτως ἡ ἐκδίκησις γίνεται· τὸ γὰρ εὔλογον καὶ αἴτιον τῆς ἐπιφορᾶς τῶν τιμωριῶν εἰδέναι μόνου ἐστὶ τοῦ κρίνοντος καὶ εἴ τις ἐκείνου φίλος.

Quibus rebus absolutis satis ostendisse mihi videor, quae ratio intercedat inter duarum catenarum fragmenta ipsa. Perbene cognovimus in illis catenis re vera maximam subesse similitudinem, quae nullo pacto casu fortuitoque exorta esse potest. Nam etiamsi auctor brevioris catenae universos in Proverbia

commentarios illorum interpretum adhibuisset, tamen haudquaquam fieri potuit, ut eius catena tam accurate consentiret cum ampliore. Immo ex eis quas supra feci explicationibus dubitari non posse existimo, quin duae catenae non modo ad communem fontem redeant, verum etiam ad primariam catenam. Sed quid de amplitudine catenarum dicendum est? Ad hanc quaestionem in proxima dissertationis parte nos convertamus.

e) De ea quam utraque catena sola exhibet parte.

Amplissimam catenam plurimas amplecti res, quae in altera non extant, ex dispari duarum amplitudine haud difficile est intellectu. Et illae sunt reapse minime exiguae. Illa catena enim omnium fere interpretum, qui in ea ipsa nominantur, praebet fragmenta, quae in breviore non invenias: excipiendi sunt tantummodo Gregorius Theologus, Iulianus, Olympiodorus. Sed cum et primus et secundus in ampliore catena semel tantum, tertius bis tantum commemoretur, illa exceptio ad quattuor solum fragmenta spectat, ex quibus scholion Gregorii (V frg. 459) alterumque Olympiodori (V frg. 307) in duabus catenis eisdem auctoribus, Iuliani scholion (V frg. 33) autem et alterum Olympiodori (V frg. 48) in B aliis interpretibus adscripta sunt. At nunc quaerat quispiam, num ea, quae amplior catena ultra breviorem exhibeat, ab eo originem ducant, quod in illa catena auctores quidam adhibiti sint, qui in altera non proferantur. Illa res enim primo obtutu re vera ita esse videtur, cum in ampliore catena quinque interpretes nominentur, quorum nomina in breviore desiderantur, duobusque ex illis maxima interpretationum pars catenae codicis V attributa sit. Illi quinque auctores autem sunt hi: σῦ', Procopius, Arethas, Isidorus, Iulianus [1]. Ac primi quidem explicationes sine ulla dubitatione etiam in breviore catena aliqua ratione in usum sunt vocatae, etsi eius nomen in hac nusquam invenitur. Supervacaneum esse censeo certas res proponere, quibus fieri potuerit, ut illud σῦ', quod in ampliore catena saepissime occurrit, exstingueretur: mihi proferre sufficiat catena codicis B multa contineri fragmenta, quae, ut cetera praetermittam, accurate vel satis accurate eis respondent, quae

1) Aquilam Theodotionemque, quorum nomina V f. 102r leguntur, commentarios non conscripsisse inter omnes constat.

in V litteris σύ notata sint. Quam rem ut demonstremus, nonnulla eiusmodi fragmenta afferre mihi liceat.

V f. 22^{r}	Συγκλεισμός, ...ἐγγίζειν	=	B f. 29^{u}	sine nomine
55^{u}	Καρπὸς δικαιοσύνης ... ξύλον	=	50^{r}	s. n.
84^{r}	Ὁ ὀφείλων ... δεόμενος	=	71^{r}	s. n.
85^{u}	Ὁ θνητὰ φρονῶν, ... κυρίου	=	72^{r}	s. n.
95^{r}	Ὁ πρὸς τὴν ... ἀποστόλων	=	77^{u}	χρ′
119^{u}	Ἡ τοῦ Χριστοῦ, ... ἀνακρίνεται	=	91^{u}	s. n.

Tam praeclara quidem exempla in Procopii fragmentis adscribere nequeo. Sed quin brevior catena frequentia scholia huius quoque auctoris, quippe qui in ampliore catena nusquam alibi nominetur nisi in postrema parte, amplectatur, dubium non est. Rem affirmatam nonnullis exemplis illustrare certe iuvabit. Ex his est, si perpaucas discrepantias neglegimus, secundum fragmentum in duabus catenis par; in primo, quod B in duo fragmenta divisum habet, V initio, in tertio in fine, in postremo et initio et in fine textum praebet paulo ampliorem. Quae autem in mente habeo fragmenta sunt haec:

V f. 128^{r}	Ὑποστέλλεται ... προσδραμεῖται	=	B f. 96^{u}	s. n. + s. n.
131^{r}	Τὸ ῥητὸν ... εἴρηται	=	98^{r}	s. n.
135^{u}	Ἀπροσωπολήπτου ... βίος	=	100^{u}	s. n.
136^{r}	Παρανόμῳ ... ἡ μακαριότης	=	101^{r}	s. n.

Secuntur duo nomina Arethae Isidorique, ex quibus interpretibus Arethas in ampliore catena semel tantum (f. 9^{r}), Isidorus autem bis (f. 111^{r} bis) nominatur. Tria fragmenta horum auctorum in breviore catena sane investigari nequeunt.

Restat Iulianus; cuius viri scholion etiam in B (frg. 33) inveniri posse iam supra indicavimus. Hac inquisitione igitur demonstratum est eam quam amplior catena praebet sola partem nequaquam ab eo originem ducere, quod in illa catena quidam proprii auctores in usum vocati sunt.

Ampliorem catenam multas res solam continere consentaneum erat, sed quod etiam in catena codicis B complura fragmenta investigare possumus, quae in altera non inveniuntur, mirum est. Cum haec, ut ex eis ipsis intellegitur, certe non omnia a librario catenae adiecta sint (nam brevior commentarius exhibet etiam nonnulla fragmenta Chrysostomi, Origenis, Basilii, Didymi, aliorum ultra alterum), nobis perpendendum est, num auctor brevioris catenae praeter communem alium quoque fontem ad-

hibuerit. Et hoc reapse colligendum esse videtur ex eo, quod in catena codicis B septem genera nominum invenimus, quae in altera non occurrunt, nomina Cyrilli, Diodori, Epiphanii, Euagrii, Eusebii, Eustathii Antiocheni, Polychronii. Quae res eo magis admirationem habet, quod in breviore catena saepe per complures paginas nomina non exsistunt, in ampliore autem omnia fere fragmenta certis auctoribus assignata sunt. Sed cum verisimile sit in hac quoque, ut fieri solet, nomina quaedam exstincta esse, ex illa re ipsa nihil certi colligi potest, praesertim cum in catena codicis B ipsius et Diodorus et Cyrillus semel tantum, Eusebius bis, et Epiphanius et Eustathius etiam ter tantum nominentur ac tota prima classe tum vero Catenarum Graecarum catalogo[1] teste nomen Diodori bis et Eustathii etiam quater solum inveniatur, numeri nominum ceterorum quos supra attuli interpretum autem omnino non mutentur.

At rem commemoratam diligentissime expedire possumus. Etenim nomina quidem illorum septem interpretum ipsa in ampliore catena desiderantur, sed fragmenta omnium illorum virorum in ea insunt. Hoc insequentibus verbis illustrare mihi liceat. Frequentissime ex illis interpretibus in catena codicis B nominatur Polychronius. Quin huius quoque viri fragmenta in amplissima catena extent, minime dubitari potest. Hanc rem autem sic esse ut persuadeatis, conferatis haec scholia, quae omnia in codicibus B et V parem amplexa materiem aut accurate conspirant aut perpaucas tantum varias lectiones praebent. Sed cum Polychronii nomen interdum una pagina identidem inveniri possit, ne erretis, hic quoque initia exitusque illorum scholiorum adscribemus.

B f. 32^{u}	Ἐκκλησίαν νῦν … τῷ κακῷ	=	V f. 26^{r} s. n.
36^{r}	Μελετήσεις γὰρ … κοιταζόμενος	=	33^{r} χρ´
37^{u}	Ἀδελφὴ ἡμῶν … σύνεσις	=	35^{u} χρ´
42^{u}	Θύρας καὶ σταθμοὺς … τοῦ θεοῦ	=	42^{r} s. n.
49^{u}	Οἱ συνάγοντες … μεταδιδόντες	=	54^{u} δι´
55^{u}	Οἱ ἄφρονες, … ἐπιτιμήσει	=	63^{r} συ´
86^{u}	Ὀφθαλμός, ὁ νοῦς, … πιστεύεσθαι	=	110^{r} χρ´.

Post Polychronium ex illis septem interpretibus saepissime affertur Euagrius, cuius omnia fere fragmenta, quae quidem

1) Vid. p. 300.

brevior catena exhibet, in ampliore rursus leguntur. Quam ad rem illustrandam quinque elegi scholia, ex quibus, ut exiguas discrepantias praetermittamus, prima tria in codicibus B et V pari amplitudine sunt; quod ad quartum attinet, V in medio fragmento ampliorem praebet textum, qui tamen in B similiter iam antecesserat, et in postremo et initio et in fine ita, ut Euagrii scholion pars sit ex illo codicis V fragmento excisa; extrema quidem verba huius fragmenti in B praecedente scholio sine nomine etiam prolata erant. Selecta scholia autem sunt haec:

B f. 20^{u}	Ὥσπερ δὲ ... διδάσκει	=	V f. 6^{r} ὠρ΄
34^{u}	Συμβουλεύει ... τὴν σοφίαν νόει	=	30^{r} s. n.
49^{u}	Τουτέστιν ... πολέμους ἐγείρῃ	=	54^{r} χρ΄
79^{u}	Καὶ πρὸς ... χιτῶνα	=	98^{r} συ΄
83^{u}	Καὶ τὰς ... γνῶσιν ψευδῆ	=	104^{u} συ΄.

Cetera nomina, quae brevior catena ultra alteram continet, raro, ut iam supra adnotavimus, occurrunt. Eustathius enim ter nominatur. Discrepantiis neglectis fragmenta primum tertiumque in duabus catenis eandem habent amplitudinem, secundum autem in V duobus auctoribus, Chrysostomo illique incerto, attributum est, sed ita, ut ex Chrysostomi fragmento altera pars solum respicienda sit. Est igitur:

B f. 27^{r}	Τὸν Χριστὸν ... αὐτῆς [ἐστιν]	=	V f. 17^{r} s. n.
63^{u}	Κρείττων οὗτος· ... ἀγωνίζεται	=	72^{u} χρ΄ + συ΄
81^{r}	Οὐ μόνον ... ἀγωνιᾷ	=	100^{r} χρ΄.

Male res sese habet in tribus Epiphanii fragmentis catenae codicis B. Ex his enim tantummodo primum simili forma pauloque brevius in ampliore catena rursus invenitur. Itaque index Epiphanii fragmentorum sic scribendus est:

B f. 17^{r}	Δικαιοσύνη ἐστὶ ... εὐθύνειν	=	V f. 3^{r} ἄλλως
41^{r}	Προεῖπεν ... σὺ εἶ	=	V om.
41^{u}	Ἀρχὴν δὲ λέγει ... γενέσθαι	=	V om.

Eusebii nomen in breviore catena bis exsistit. Duo huius auctoris fragmenta in ampliore catena simillima leguntur forma; in primo tamen praebet B initium solum respondentis fragmenti codicis V, in altero autem Eusebii quidem nomine exitum tantum. Ceteroquin est:

B f. 21^{u}	Ὥσπερ δὲ ... τὴν γνῶσιν	=	V f. 7^{r} ὠρ΄
22^{u}	Σκυλεύουσιν ... βούλονται σκύλων	=	8^{r} χρ΄.

Restant duo nomina Cyrilli Diodorique. Scholion Cyrilli nomen prae se ferens, utpote quod tota prima catenarum classe omnino semel tantum occurrat, etiam in amplissima catena satis accurate in anonymo fragmento investigari potest. Est enim:

B f. 41^r Τὸ ἔκτισέ με ... ὑπ' αὐτοῦ = V f. 40^u s. n.

Denique in breviore catena ipsa unico loco Diodori nomen extat. Hoc quoque Diodori fragmentum altera catena contineri equidem suspiceris velim. Invenimus ibi enim scholion, quod in postrema parte illi Diodori fragmento satis simile est. Conferatis, quaeso:

B f. 21^u Μὴ πλανηθῇς ... μὴ βουληθῇς = V f. 7^r ἄλλως.

Qua ratione adhibita demonstratum est ex eis quae brevior catena praebet sola nominibus colligi non posse auctorem huius catenae alio quoque fonte usum esse. Sed nihilominus eiusmodi fons iam antea a viris doctis statutus est[1]. Si verum est, quod illi viri docti coniectaverunt, fragmenta, quae brevior catena sola complectitur, ex eo Proverbiorum typo deprompta sunt, cui, ut ceteros omittamus, attribuendus est codex Monacensis Graecus 131. Ut iam viderem, illa coniectura utrum recta esset an falsa, codicem modo allatum ipse inspexi atque haec cognovi. Ex illis 94 fere fragmentis, quae brevior catena ultra ampliorem habet, circiter triginta etiam in cod. Monac. Gr. 131 investigari possunt, cetera autem ne ibi quidem inveniuntur. Atque ex his complura quidem pauca tantum verba amplectuntur, multa tamen sunt copiosa. Quae cum ita sint, re vera negari nequit auctorem brevioris catenae etiam exemplar quoddam illius Proverbiorum typi in usum vocasse. Itaque satis mihi persuasi illud problema hoc modo absolvendum esse: Catenae codicum B et V redeunt maxima ex parte ad unam eandemque catenam primariam. Hanc auctor amplissimae catenae in universum satis diligenter exscripsit, nonnunquam tamen quibusdam causis commotus aliquod fragmentum omisit. Auctor brevioris catenae contra epitomen fecit ex duabus catenis, ex amplissima et exemplari quodam eius Proverbiorum typi, cui attribuitur cod. Monac. Gr. 131, quo in opere autem interdum etiam ex suo ingenio aliquam interpretationem adiecit. Sic saltem res est in illis tribus catenis, quas ex diversis Proverbiorum typis elegi:

1) **Achelis**: l. c. p. 155; **Faulhaber**: l. c. p. 124.

et equidem nego problema in ceteris illorum typorum catenis aliter expediendum esse.

f) De materiei ordine et varietate fragmentorum ad easdem sententias pertinentium.

Coniectura supra allata, quam tantummodo proposuimus textu catenarum collato atque ea quam utraque sola exhibet parte tractata, sive plane recta est sive satis modo, dubitari profecto non potest, quin duae catenae redeant ad unam primariam; nam haec res a nobis est demonstrata. Itaque ad extremum quaerere debemus, num auctores duarum catenarum materiem illius fontis eodem ordine protulerint et fragmenta ad easdem sententias inter se respondeant. In prima huius inquisitionis parte autem ea tantum fragmenta respicienda esse, quae in duabus catenis leguntur, nemo non intellegit. De ratione quidem ipsa, qua illa materies concocta est, aliquid certi affirmare magnas affert difficultates, quippe cum veterem fontem non cognoverimus. Sed quisquis in duabus catenis explorandis satis versatus erit, nequaquam dubitabit, quin eae saltem materiei ordine valde inter se discrepent. Hoc demonstrare mihi non inutile esse videtur.

Ac primum quidem huius rei mentionem faciam. Ex duobus continuis fragmentis amplioris catenae in breviore illud alterum saepe primo loco legitur i. e. codex B praebet cum V comparatus scholia inverso ordine. Hoc evenit ex. gr. in fragmentis (V f. 42^{r}) Θύρας καὶ ... τοῦ θεοῦ et Ὅτε ἀποκαλύπτει ... τὰς φιλίας. Quae scholia B f. 42^{u} ita inveniuntur, ut hoc postremum ante primum positum sit. Vel animos advertamus ad scholia satis ampla (B f. 43^{r}) Πρῶτον μὲν ... καὶ τὸν κρατῆρα et, quod subsequitur, Θύματα καὶ τράπεζαν ... αὐτῆς διδασκαλίας. Haec in V alio ordine sic occurrunt, ut extremum (Θύματα e. q. s.) nonnullis cum discrepantiis iam f. 43^{r} extet, illud (Πρῶτον e. q. s.) autem f. 44^{r} demum et insuper ut interpretatio alterius sententiae postea sequentis.

At non solum ad tota fragmenta pertinet res modo commemorata, sed etiam ad singulas eorum partes. Hoc ex. gr. tum animadverti potest, cum scholion catenae codicis V in breviore catena dispertitum est in complura parva. Quod ut illustremus, nunc exemplum ex postrema catenae parte afferam. B f. 100^{u}

extant sine nominibus duo brevia fragmenta Νόμος δὲ βασιλεύς, καὶ οὐχ ὑπόκειται νόμῳ· διὸ οὐκ εἶπεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ παράνομος: Ἐὰν γὰρ πρὸς ἀδικίαν ἔχῃ τὴν ἀκοὴν εὐπαράδεκτον, ζηλώσουσιν ἅπαντες (frg. 1218 sq.). Haec scholia V f. 135ᵛ in unum fragmentum coacta Procopii nomine apposito hac forma scripta videmus: Ὁ βασιλεὺς ἐὰν πρὸς ἀδικίαν ἔχῃ τὴν ἀκοὴν εὐπαράδεκτον, ζηλώσουσιν ἅπαντες καὶ παρανομίαις σχολάσουσι· νόμος δὲ ὁ βασιλεύς, καὶ οὐχ ὑπόκειται νόμῳ νόμος εἶναι ὀφείλων· διὸ οὐκ εἶπεν ἐπ' αὐτοῦ τὸ παράνομον. Si igitur pauca verba in B praetermissa variasque lectiones neglegimus, B principium scholii in V exhibiti in altero habet fragmento.

Luculentum exemplum porro est Chrysostomi fragmentum, quod V f. 103ʳ hoc modo legitur (frg. 1325): Εἰ γὰρ ἐπιχαίρεις ὡς ἀμύνης τυχών, ὁ δεσπότης μέχρι τούτου στήσεται διὰ φιλανθρωπίαν καὶ οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό· ἢ καὶ ἐλεεῖ μὲν τὸν πεσόντα, ὀργίζεται δὲ τῷ ἐπαρθέντι. Πᾶς γὰρ ὁ ἐπιχαίρων ἀπολλυμένῃ ψυχῇ ὅμοιος τῷ διαβόλῳ τῷ μηδένα σωθῆναι θέλοντι. Σημειωτέον δέ, ὅτι ἐνταῦθα ἄνθρωπον εἴρηκε τὸν ἐχθρόν, ὑπὲρ οὗ καὶ προσεύχεσθαι ἐν τοῖς εὐαγγελίοις προστατττόμεθα καὶ τοῦτον ἀγαπᾶν. Εἰ γὰρ καλόν σοι τὸ ἀγωνίζεσθαι, εὔχου διαμένειν τὸν ἀντίπαλον μᾶλλον. Hoc scholion in B (f. 83ʳ) in tria est divisum. Supra primum item Chrysostomi nomen invenitur, duo cetera nominibus carent: sed cum nomen supra fragmentum scriptum sit, pro certo sumam ea quoque illi interpreti assignanda esse[1]. Verba autem trium fragmentorum sunt haec: Ὁ γὰρ ἐπιχαίρων ὅμοιός ἐστι τῷ διαβόλῳ τῷ μηδένα θέλοντι σωθῆναι. Ἀγαπᾶν μὲν οὖν καὶ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν προστατττόμεθα. Εἰ γὰρ καλόν σοι τὸ ἀγωνίζεσθαι, εὔχου διαμένειν τὸν ἀντίπαλον: Εἰ γὰρ ἐπιχαίρεις ὡς ἀμύνης τυχών, ὁ δεσπότης μέχρι τούτου στήσεται διὰ φιλανθρωπίαν καὶ οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. Σημειωτέον δέ, ὅτι ἄνθρωπον ἐνταῦθα εἴρηκε τὸν ἐχθρόν, ὑπὲρ οὗ καὶ προσεύχεσθαι ἡμᾶς ἐν εὐαγγελίοις ἐνομοθέτησεν.

At quae ratio intercedit inter haec brevia fragmenta et illud amplum? In B primum media ampli fragmenti pars paulum contracta exhibetur. Deinde in altero fragmento exitus scholii

1) Eiusmodi res frequenter in catenis eveniunt. Ut tibi persuadeas, cf. O. Lang, Die Katene zum ersten Korintherbrief, Jena 1908, p. 29; quo loco auctor negari non posse affirmat ex 39 Iohannis fragmentis nominibus carentibus 36 propterea tantum nomina non prae se ferre, quod pro partibus signatorum Iohannis scholiorum habenda sint.

codicis V dilatata forma profertur. Tertium fragmentum denique praebet initium ampli scholii extremis verbis praetermissis particulamque quandam ex posteriore parte depromptam. Quamquam autem verba fragmentorum, si omissas adiectasque particulas praetermittimus, satis paria sunt, tamen auctor brevioris catenae, ut hic optime intellegitur, materiem plane aliter ordinavit quam auctor amplioris.

Aliud quoque exemplum ad illustrandum afferre iuvabit, dico amplius Origenis fragmentum, quod V f. 102ᵘ traditum est. Cum haud facile occasio detur codices manuscriptos ipsos inspiciendi textibusque oblatis res sine dubio multo planior fiat, etiam hos adscribam. Sequitur nunc primum textus codicis V (frg. 1319): Ἐσθίει μέλι ὁ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν ὠφελούμενος, ὁ δὲ ἀπ' αὐτῶν ἐκβάλλων τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους, ἀφ' ὧν εἰλήφασιν ἅγιοι προφῆται καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐν τῷ ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, τρώγει κηρίον. Καὶ τὸ μὲν μέλι φαγεῖν τοῦ βουλομένου παντός, τὸ δὲ κηρίον μόνου τοῦ καθαροῦ. Ἢ καὶ μέλι ῥητέον τὴν ἀλληγορίαν, κηρίον δὲ τὴν ῥητὴν ἐπίσκεψιν καὶ ἱστορίαν πρὸς τῷ ἔχειν τὸν ἀποκεκρυμμένον νοῦν καὶ βαθύτερον· ἔνεστι γὰρ τῷ κηρίῳ μέλι. Φάρυγγα δέ, τὴν θρεπτικὴν τῆς ψυχῆς δύναμιν, δι' ἧς αἱ τροφαὶ παραπέμπονται εἰς τὴν κοιλίαν. Ἐὰν οὖν ταῦτα κατορθώσῃς, τά τε κατὰ διάνοιαν καὶ τὰ καθ' ἱστορίαν, ἔσονταί σοι αἰσθήσει τῆς σοφίας αὐτὰ τὰ σοφὰ δόγματα· ἐὰν γὰρ εὕρῃς τὸν πνευματικὸν τῆς γραφῆς νοῦν, ἔσται καλὴ ἡ τελευτή σου, ὡς λεχθῆναι· τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ· οὐκ ἀποβαλεῖς δὲ τὴν εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδα.

Hoc amplum fragmentum habet B in quattuor breviora dispertitum, ex quibus alterum verbo ἄλλως notatum est, cetera nominibus non signata sunt. Illa scholia autem B f. 82ʳ ᵉᵗ ᵘ ita scripta videmus: Μέλι, ἡ ἀλληγορία· κηρίον, ἡ ἱστορία· κέκρυπται γὰρ ἐν αὐτῇ ὁ βαθύτερος νοῦς. Φάρυγξ, ἡ θρεπτικὴ τῆς ψυχῆς δύναμις: Ἐσθίει μέλι ὁ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν ὠφελούμενος, ὁ δὲ ἀπ' αὐτῶν ἐκβάλλων τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους, ἀφ' ὧν εἰλήφασιν οἱ ἅγιοι προφῆται καὶ οἱ ἀπόστολοι, τρώγει κηρίον. Καὶ τὸ μὲν μέλι φαγεῖν τοῦ βουλομένου παντός, τὸ δὲ κηρίον μόνου τοῦ καθαροῦ: Αἰσθήσεις τῆς σοφίας, αὐτὰ τὰ σοφὰ δόγματα: Τὸν πνευματικὸν τῆς γραφῆς νοῦν· τίμιος ἔσται ὁ θάνατός σου, καὶ τὴν εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδα οὐκ ἀποβαλεῖς.

Conferamus nunc haec fragmenta cum illo amplo ex V allato. Qui breviorem catenam composuit, etiam hic, ut videmus,

primum mediam ampli scholii partem protulit atque eam gravissimis verbis breviter excerptam. Deinde in B principium illius fragmenti codicis V satis accurate sequitur; adicitur tantum articulus οἱ ante ἅγιοι et omittuntur verba ἐν τῷ ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. Tertium breve scholion tum ex posteriore ampli fragmenti parte est petitum rursusque gravissimis verbis excerptum. Extremum scholion denique est nihil aliud nisi excerptum ex fine fragmenti codicis V.

Deinde mentionem faciamus alterius quoque rei, quae nobis in illis catenis semel iterumque offertur, varietatis scholiorum ad easdem sententias attinentium. Interdum enim B ad sententiam, quae in V unico fragmento explicatur, etiam unum tantum praebet, sed aliud, quod ad illam sententiam saltem in V non invenitur. B f. 72[r] extat, ut exemplum afferam, ad Prov. 20, 17 scholion anonymon Βδέλυγμα κυρίῳ ... τὸ δίκαιον, in V contra (f. 85[u]) ad illum locum aliud fragmentum legitur, cui Origenis nomen adscriptum est. Sed aliis quoque rationibus illam varietatem animadvertere possumus. Ad Prov. 21, 30 B (f. 74[u]) ex. gr. duo habet scholia. Ex his fragmentum nomine carens Οὐκ ἔστι ... τοῖς ἀνθρώποις paulo maiore amplitudine etiam in V litteris σὺ appositis inveniri potest (f. 89[u]), alterum autem Καὶ ταῦτα ... χαρίσασθαι, quod Olympiodori nomen prae se fert, ibi deest. Simile exemplum est hoc. In B ad Prov. 25, 10[a] (f. 92[r]) duo insunt fragmenta: ex quibus illud nomine carens (Χάρις ... ἀλλήλων εἰσίν) ad verbum conspirat cum fine respondentis Chrysostomi fragmenti V f. 120[r], pro tribus autem aliis fragmentis, Procopiano duobusque Origenis, quae V praeterea ad illum locum praebet, B quoddam verbo ἄλλως notatum (Χάρις ... ὑπεύθυνος κακίᾳ) exhibet, quod in V non extat. Vel ad Prov. 28, 6 V (f. 131[r]) unum fragmentum illius incerti auctoris unumque Procopii continet, ex quibus primum quidem in breviore catena accuratissime sine nomine occurrit, Procopii fragmentum autem ibi desideratur. Pro hoc tamen B duo alia scholia nominibus carentia (f. 98[r]) habet, Ὁ πρακτικὸς μέν ... ἔμπλεως et Ψευδοῦς, τοῦ αἱρετικοῦ.

Iam ex his exemplis, quae facile aliis augeri possunt, satis elucere censemus duas catenas non modo materie ordinata multum inter se differre, verum etiam fragmenta ad easdem sententias varia esse. Res cum ita se habeat, coniecturam in fine

antecedentis partis propositam hic aliquatenus confirmatam invenimus.

II. DE CATENARUM CODICUM V ET B FIDE.

Postquam duas catenas diligenter inter se comparavimus, reliquum est, ut perpendendae fidei causa in eas inquiramus. Cum illas catenas maxima ex parte e communi fonte fluxisse demonstraverimus, vix est, quod moneam, quam gravis illa inquisitio sit. Fides catenae autem pertinet et ad nomina et ad textum. Ac primum quidem ad nomina tractanda accedamus.

a) De fide nominum.

Iam in primo huius commentationis capite obiter animadvertere potuimus fragmenta quaedam in utraque catena proprio auctori assignata esse. Sed non erat, quod hanc rem miraremur; nam nomina in catenis nonnunquam mutari inter omnes constat. Attamen talis permutatio, qualis in eis quas nos tractamus catenis apparet, haud dubie mira est. Supervacaneum esse puto coniecturas proponere, quonam modo haec tanta permutatio nominum exorta sit: veram rem ipsam proferre mihi sufficiat. Quod autem ad hanc attinet, prorsus non negari potest fragmenta inter se respondentia, sive accurate vel satis accurate paria sunt, sive magis inter se discrepant, rarissime tantum eisdem nominibus signata esse. Etiamsi concedimus hoc vel illud fragmentum excipiendum esse, quia non ab eodem, sed ab alio interprete conscriptum sit, qui similibus verbis usus esset, quoniam reapse, ut ex amplissima catena optime elucet, fragmenta variorum interpretum ad eundem Proverbiorum locum spectantia interdum maxima similitudine sunt, tamen iudicium generale paulum commutatur. Sed ut illam rem miram demonstremus, nunc tabulam nominum ad prima tria Proverbiorum capita pertinentem adscribam. Qua in re a breviore catena orsus pro consentaneo habeo mihi ea solum fragmenta afferenda esse, quae et ibi nomine certi auctoris notata sint et in ampliore catena in uno saltem fragmento respiciendo eiusmodi nomen prae se ferant. In prooemio catenae ipso difficillimum quidem est invenire, ex quibus variis fragmentis amplioris catenae illud brevioris compositum sit. Sed num tabula hac re plane recta sit, non laboro: hoc tamen ex illa certo cognoscatis, utrum

duo fragmenta inter se respondentia tota amplitudine aliquave parte in duabus catenis eisdem auctoribus attributa sint necne.

Index nominum ad tria prima Proverbiorum capita attinens.

B frg.	1 ὀλ'	=	V frg.	4 ἄλλος + 7 δι' + 3 s. n. + 6 ὠρ'
	9 βα'	=		9 s. n. + 10 ὠρ'
	10 ὀλ'	=		17 ἄλλως + 14 βα'
	11 βα'	=		12 ὠρ'
	13 βα'	=		12 ὠρ' + 13 χρ' + 14 βα' + 15 s. n. + 16 s. n.
	16 δι'	=		18 s. n. + 19 βα' + 21 βα'
	17 ἱππο'	=		13 χρ' + 20 χρ'
	18 βα'	=		19 βα'
	19 ὠρ'	=		19 βα'
	21 πολυχρ'	=		30 βα' + 22 δι'
	26 ὠρ'	=		27 ὠρ' + 29 s. n.
	27 δι'	=		36 χρ' + 37 βα'
	31 ἀπο'	=		38 ἀπο' + 39 s. n. + 44 βα' + 40 χρ'
	33 εὐα'	=		33 ἰουλιαν' + 34 s. n. + 35 s. n.
	35 πολυχρ'	=		44 βα'
	38 χρ'	=		43 χρ'
	39 ὠρ'	=		46 χρ'
	40 πολυχρ'	=		49 χρ' + 48 ὀλ'
	41 δι'	=		50 βα'
	42 { βα', ὠρ' }	=		47 συ'
	43 ὀλ'	=		47 συ'
	45 πολυχρ'	=		55 δι' + 56 συ' + 57 βα' + 53 βα'
	48 ὠρ'	=		58 χρ'
	49 εὐα'	=		59 ὠρ'
	51 δι'	=		60 ὠρ'
	53 ὠρ'	=		63 δι' + 61 χρ' + 64 χρ'
	55 ὠρ'	=		62 συ'
	57 πολυχρ'	=		65 βα'
	59 δι'	=		65 βα' + 66 ἄλλως
	60 εὐσεβ'	=		67 ὠρ'
	65 ἀπο'	=		70 ἀπο' + 71 s. n. + 72 ἱππο'
	68 εὐα'	=		77 χρ'
	69 ὠρ'	=		77 χρ'
	70 εὐσεβ'	=		77 χρ'
	71 ὠρ'	=		78 συ'
	72 δι'	=		80 συ
	83 πολυχρ' ἐπ' ἀπ'	=		86 βα'
	86 πολυχρ' ἐπ' ἀπ'	=		88 συ'
	138 πολυχρ'	=		166 δι'
	139 ὠρ'	=		163 ὠρ'
	149 πολυχρ'	=		171 βα'

B frg. 151 χρ'	=	V frg. 175 βα' + 176 ἄλλως
153 πολυχρ'	=	180 συ'
154 δι'	=	180 συ'
158 δι'	=	186 ὡρ'
160 δι'	=	190 ἄλλως + 192 βα' + 191 s. n.
168 πολυχρ'	=	205 χρ' + 207 χρ'
170 ὀλ'	=	211 δι'
171 βα'	=	213 βα' + 212 ὡρ'?
172 πολυχρ'	=	214 ὡρ'.

Si tabulam diligenter inspexeritis, vos non effugerit ex quinquaginta fragmentis allatis octo tantum in duabus catenis de nominibus aliqua ratione conspirare. Quisquis igitur secum consideraverit nos in illa tabula etiam breviores consentientes fragmentorum particulas respexisse, sententiam, quam supra protuli, satis firmatam inveniet. Fragmentum 42 in B duobus nominibus ipsis signatum videmus, Basilii Origenisque, et tamen in V illi incerto auctori adscriptum est. Gemina nomina ceterum, si hoc adicere licet, fortasse eo exorta sunt, quod explicationes duorum interpretum persimiles erant, quia alter alterius sententiam erat secutus. Postea tum utrumque nomen apponebatur. Sed mira res sic quoque est, praesertim cum illud sit unicum fragmentum, quod in breviore catena duo nomina prae se fert.

Quae cum ita sint, difficile esse videtur de nominum fide aliquid certi aperire. At unum quidem huius rei subsidium exsistit, fragmenta ea, quorum verba etiam in conservatis illorum auctorum operibus ipsis memoriae prodita sunt. Illa scholia igitur expiscati cognoscere possumus, in utra catena rectum nomen retentum sit. Ex his fragmentis autem primo loco illud unicum Gregorii Theologi fragmentum, quod utraque catena continet, investigavi. Sed hoc cum in duabus catenis eodem rectoque nomine signatum sit, ad hanc inquisitionem non est idoneum; proinde hoc quidem loco mittamus. Duo Isidori scholia, utpote quae in breviore catena omnino non inveniantur, hic item in usum non sunt vocanda. Attamen una res ei quam moliti sumus quaestioni favet. Etenim Basilii commentarius ad Proverbia Εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν Παροιμιῶν inscriptus etiam ipse traditus est. Si igitur prooemium utriusque catenae cum Basilii Homilia in principium Proverbiorum[1] comparaverimus, facile videbimus, utri

1) Vid. Migne: Patrolog. S. G. vol. 31, col. 385 sqq.

catenae de nominibus maior fides attribuenda sit. Initium autem capiamus ab amplissima catena. In hac 57 scholia Basilii nomine notata reperiuntur, idque ita, ut 53 ad Prov. 1, 1 — 3, 33 pertineant et quattuor ad primas sententias capitis noni. Atque ex illis 57 fragmentis in Basilii oratione haec inveni: V frgg. 11, 14, 19, 21, 24, 30, 37, 89, 491, 495, 501; cetera autem investigare non potui. Sed estne ex hoc eventu colligendum illorum nomina esse falsa? Hoc statim affirmare non ausus sim. Ceterum hic adnotare debeo etiam, ut perpauca alia scholia neglegam, inter aliquot locos Basilii commentarii et anonyma fragmenta amplioris catenae rationem quandam intercedere. At haec scholia ex alio quoque fonte communi fluxisse possunt.

Sed priusquam certam sententiam de fide nominum proferamus, animos ad principium brevioris catenae advertere necesse est. In hac nomen Basilii per totam catenam inveniri potest. Ad Prov. 1, 1 — 3, 33 tamen Basilius ter decies tantum nominatur. Ex his tredecim fragmentis in illa oratione septem investigare possumus: B frgg. 3, 9, 13, 14, 18, 24, 30. Praeterea autem in catena codicis B etiam nonnulla fragmenta certis auctoribus adscripta occurrunt, quae quibusdam locis illius orationis similia sunt. Cum quaestio nominum ita sese habeat, breviori catenae primo obtutu re vera maior fides assignanda esse videtur. Sed quoniam nomen Basilii in breviore catena passim affertur, praeter Homiliam in principium Proverbiorum alioquin alium quoque Basilii fontem statuere debemus, si illi catenae maiorem fidem tribuimus. Res cum ita sit, quid obstat, quominus etiam auctor amplioris catenae alium fontem adhibuerit? Nam quod Basilius in principio catenae solum nominatur, id est minimi ponderis, quippe cum Procopius similiter nusquam nisi in postrema parte proferatur. Quapropter equidem disceptare non audeo, utra catena de fide nominum pluris aestimanda sit.

Quamquam initio speraveram nos scholiis duarum catenarum comparatis auctores fragmentorum nominibus carentium inventuros esse, tamen postea, cum etiam aliis qui Proverbiorum catenas continent codicibus, Monacensibus Graecis 32, 38, 131, adhibitis res valde incerta esset, hac sententia desistere coactus sum. Nam ex nominibus ipsis auctores reapse colligi nequeunt. B f. 46r extat, ut exemplo utar, sine nomine fragmentum Ὁ σοφὸς ἐπὶ τιμητικῷ λόγῳ εἰς αἴσθησιν ἄγει τὸν βαρυκάρδιον (frg. 425), quod

V f. 49r col. I accuratissime rursus invenitur Didymi nomine apposito. Sed quis est nunc iam, quin moretur post res expositas illud Didymo adscribere? Vel B f. 70u legitur, ut aliud quoque exemplum afferam, scholion anonymon Ὁ τὰς πρακτικὰς ἀρετὰς μανθάνων καὶ μὴ πράττων ἀποστερεῖ ἑαυτὸν τῆς θείας τροφῆς (frg. 824). Quamquam hoc V f. 83r nomine συ' adiecto eadem forma occurrit, tamen ex verbis factis caveamus, ne sine mora interpreti illis litteris συ' indicato assignemus. Et contra vix est, quod dicam nos auctores anonymorum scholiorum amplioris catenae invenire non posse eo, quod breviorem catenam in usum vocamus. Etiamsi igitur ex. gr. fragmentum sine nomine exhibitum Ἐν τῷ παρόντι βίῳ . . . περισφίγγου V f. 15u satis accurate conspirat cum respondente B f. 26r, quod ibi Basilii nomen prae se fert, tamen haudquaquam affirmem Basilium esse auctorem. Ac similiter res sese habet in fragmento anonymo (V f. 45u) Τὸ ψεῦδος...τὸν πονηρόν, quod B f. 44r accurate fere Olympiodori nomine adscripto invenimus. Immo ego ex illis rebus expositis ne scholia quidem, quae in duabus catenis eisdem nominibus notata sunt, illi auctori statim attribuam. Quae cum ita sint, difficillimum profecto est verum veteremque auctorem alicuius fragmenti explorare.

b) De fide textus.

Restat, ut de textus duarum catenarum fide agamus. Quaestio est examinanda, in utra catena talis praebeatur textus, qualis ei simillimus sit, quem auctores ipsi scripserunt. Quod problema absolvere per se facile non est. Nam cum etiam in breviore catena fragmenta interdum amplius dilatata sint quam in illa ampliore, difficulter explorari potest, utrum quaedam fragmenta in ampliore catena vetere minusve depravata forma extent atque in B contracta sint, an in B primaria forma reperiantur atque auctor amplioris catenae illa extenderit. Quapropter idoneum est hac in parte item ea fragmenta solum adhibere, quae in operibus auctorum ipsis conservata sunt. Ac primum quidem in hac investigatione animum adverti ad illa tria Epiphanii fragmenta duoque Eusebii. Sed nullum ex his fragmentis in operibus illorum auctorum inveni. Fortasse autem in eis omnino non leguntur: nam quis est, qui certo sciat illa fragmenta re vera ab auctoribus nominatis conscripta esse? Duo Eusebii scholia in ampliore

catena alioquin aliis nominibus signata sunt atque unicum quod in V scriptum videmus Epiphanii fragmentum ibi vocabulo ἄλλως notatum est. Etiam Cyrilli scholion et fragmenta Chrysostomi Origenisque in operibus horum virorum non repperi.

At alia saltem fragmenta investigavimus, quae hic in quaestionem vocare iuvabit. In eorum numero sunt duo Isidori scholia, quae quidem tantummodo in ampliore catena inveniuntur. Haec fragmenta fluxerunt ex Isidori Pelusiotae epistula 416 (lib. I), cuius prima pars his verbis scripta est [1]: Ἔχεις καὶ σὺ τὸ τάλαντον, καὶ μὴ κρῖνε, τοῖς αὐτοῖς κριθησόμενος. „Τρία ἐστὶν ἀδύνατά μοι νοῆσαι, καὶ τὸ τέταρτον οὐκ ἐπιγινώσκω“, εἶπεν ὁ Σολομών. „Ἴχνη ἀετοῦ πετομένου.“ Τοῦτο ἡ θεία φύσις τοῦ υἱοῦ, πάσῃ ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ ἀνέφικτος. „Καὶ τὰ ἴχνη σου, φησίν, οὐ γνωσθήσονται“, τὸ θεῖον πνεῦμα ἐν ψαλμοῖς. Εἶδε δὲ αὐτὸν ἀετὸν καὶ Μωσῆς ταῖς πτέρυξιν τὸν λαὸν ἐν ἐρήμῳ σκεπάζοντα. „Καὶ ὁδὸν ὄφεως ἐπὶ πέτρας.“ Αἱ σκολιαὶ τοῦ ὄφεως ὁδοί, τοῦ φιθυρίσαντος ἡμῖν τὴν παράβασιν, αἵπερ εἰσὶν ἁμαρτήματα, ὁδὸν ἐπὶ τῆς πέτρας οὐχ εὗροσαν. Πέτρα δὲ ὁ Χριστός ἐστιν, ἄτρεπτος μείνας, ὅτε σεσάρκωτο e. q. s. Scholia ipsa autem extant V f. 111^r, ubi Hippolyti scholio solum separantur, hac forma (frgg. 1410 et 1412): Ἐν τούτοις διδάσκει ἡμᾶς τὰ περὶ Χριστοῦ μυστήρια. „Ἴχνη ἀετοῦ πετομένου“ τοῦ ἐπουρανίου λόγου ὡς ἀετοῦ ἐν μεσουρανίσματι πετομένου καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνερχομένου· καθὼς καὶ Μωσῆς φησι· κύριος μόνος ἦγεν αὐτούς, καὶ οὐκ ἦν μετ᾽ αὐτῶν θεὸς ἀλλότριος· ἐπὶ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ ὡς ἀετὸς σκεπάσαι νοσσιὰν ἑαυτοῦ. — Τῆς ὁδοῦ τότε γνωριζομένης· ὅταν γῆ μαλθακὴ τυγχάνῃ, φησί, διαβαίνει τίς; οἱ γὰρ ἐπὶ τῆς πέτρας οὐδὲ σύμβολον τοῦ πονηροῦ φέρουσιν· ἢ οὕτως· „ὁδοὶ ὄφεως“ αἱ ἁμαρτίαι, αἵτινες ἐπὶ τῆς πέτρας οὐ φαίνονται, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ [2].

Si illa epistulae verba cum his fragmentis contuleris, haud difficulter videbis auctorem amplioris catenae ordinem verborum neglexisse allatamque epistulae partem plane commutasse. Cum igitur in ceteris fragmentis ad similem pervenimus exitum, auctoritas illius catenae admodum imminuitur.

Sed nunc consideremus ea scholia huic quaestioni accommodata, quae in duabus catenis leguntur. Hic primum rursus proferatur

1) Vid. Migne: Patrolog. S. G. vol. 78, col. 413 B.
2) Cf. Faulhaber: l. c. p. 88.

illud unicum Gregorii Nazianzeni fragmentum [1], quod depromptum est ex eius oratione tricesima [2]. Illa verba orationis autem iam in media columna afferam. Atque ut commode intellegatis, quatenus hic locus Gregorianus in utraque catena commutatus sit, in prima columna textum adscribam, quem V (f. 40ʳ), in tertia, quem B (f. 41ʳ) exhibet.

V (frg. 459):	Locus Gregorianus:	B (frg. 345):
Ἐπεὶ καὶ τὸ ἔκτισέ με καὶ τὸ γεννᾶν προϊόντος τοῦ λόγου εἴρηται, σαφὴς ὁ λόγος. Ὃ μὲν ἂν μετὰ τῆς αἰτίας εὑρίσκομεν, προσθῶμεν τῇ ἀνθρωπότητι· ὃ δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀναίτιον, τῇ θεότητι λογισώμεθα. Οὐδὲ μία γὰρ αἰτία θεοῦ· οὐκοῦν πῇ μέν φησιν, ἔκτισέ με εἰς ἔργα αὐτοῦ·	Ἐπειδὴ τοίνυν ἐνταῦθα καὶ τὸ ἔκτισε καὶ τὸ γεννᾷ με σαφῶς εὑρίσκομεν, ἁπλοῦς ὁ λόγος. Ὃ μὲν ἂν μετὰ τῆς αἰτίας εὑρίσκωμεν, προσθῶμεν τῇ ἀνθρωπότητι· ὃ δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀναίτιον, τῇ θεότητι λογισώμεθα. Ἆρ᾽ οὖν οὐ τὸ μὲν ἔκτισεν εἴρηται μετὰ τῆς αἰτίας. Ἔκτισε γάρ με, φησίν, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ.	Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἔκτισέ με καὶ τὸ γεννᾷ με νῦν εἴρηται, σαφὴς ὁ λόγος. Ὃ μὲν ἂν μετὰ τῆς αἰτίας εὑρίσκωμεν, προσθῶμεν τῇ ἀνθρωπότητι· ὃ δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀναίτιον, τῇ θεότητι λογισώμεθα. Οὐδὲ μία γὰρ αἰτία θεοῦ· οὐκοῦν πῇ μέν φησιν, ἔκτισέ με εἰς ἔργα αὐτοῦ·
ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ, ἀλήθεια καὶ κρίσις·	Ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ, ἀλήθεια καὶ κρίσις, ὧν ἕνεκεν ἐχρίσθη θεότητι. Χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος.	ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ, ἀλήθεια καὶ κρίσεις·
πῇ δέ, τοῦ γεννᾷ με χωρὶς αἰτίας.	Τὸ δὲ γεννᾷ με χωρὶς αἰτίας.	πῇ δέ, τὸ γεννᾷ με χωρὶς αἰτίας.

Quodsi tres textus modo prolatos inspexeritis, statim animadvertetis inter fragmenta in V et B tradita ipsa multo maiorem intercedere similitudinem quam inter duas fragmenti formas et illum orationis locum. Discrepantiae illorum scholiorum autem sunt minoris momenti, ut videmus. Sed etiam eae, quae reperiuntur inter fragmenti formas in V et B exhibitas et locum Gregorii Nazianzeni, utpote cum de catena agatur, non ita graves dici possunt. Depravatio primae sententiae enim parvi est ponderis, praesertim cum initia scholiorum ab auctoribus catenarum persaepe ex voluntate reddantur. Sententia Ἆρ᾽ οὖν οὐ ... εἰς ἔργα αὐτοῦ autem ab interpretibus paulum est commutata et finis illius loci Gregoriani in angustum coactus. Sed

1) Nomen huius fragmenti ipsius in utraque catena retentum esse mirum videtur.

2) Vid. ed. monach. O. S. B. tom. I p. 541 a.

variae lectiones duorum quae attuli fragmentorum sunt tam exigui momenti, ut ex his fragmentis solis diiudicare non possimus, utri catenae maior textus fides assignanda sit. — At scholio Gregoriano alia de causa saltem delectamur. Codices V et B enim de eo tantopere consentiunt, ut haec quidem fragmenta haud dubie ad eundem redeant fontem, in quo locus Gregorianus iam forma illis fragmentis persimili legebatur.

Aliter res sese habet in Basilii fragmentis, quae in illa Homilia in principium Proverbiorum rursus inveniuntur simulque in utraque catena rectum nomen retinuerunt. Hoc quidem in duobus tantum factum est: B frg. 13 = V frg. 14 et B frg. 18 = V frg. 19. Haec fragmenta afferre nunc mihi liceat. Sic autem textus ordinabo, ut in media columna verba illius orationis, in prima fragmenta codicis V, in tertia fragmenta codicis B adscribam.

V frg. 14:	389 C:	B frg. 13:
Σοφία ἐστὶν γνῶσις θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτοις αἰτιῶν.	Ἔστι δὲ σοφία ἐπιστήμη θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτοις αἰτιῶν. Ὁ οὖν ἐπιτετευγμένως θεολογῶν ἔγνω σοφίαν, ...	Καὶ θεολογῶν δέ τις ἐπιτετευγμένως ἔγνω σοφίαν·
	392 B: Ἔστι δέ τις καὶ ἀνθρωπίνη σοφία· ἡ ἐμπειρία τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων, καθ' ἣν σοφοὺς λέγομεν τοὺς καθ' ἑκάστην τῶν ὠφελίμων τεχνῶν ἐπιστήμονας.	ἔστι δέ τις καὶ ἀνθρωπίνη σοφία, ἐμπειρία τις οὖσα περὶ τέχνας καὶ τοῦ βίου τὰ χρήσιμα.
Παιδεία δὲ ἀγωγή τις ὠφέλιμος τῇ ψυχῇ, πλὴν ἐπίπονος, τῶν ἀπὸ κακίας κηλίδων αὐτὴν ἐκκαθαίρουσα, ἥτις ἐν τοῖς τοῦ θεοῦ νόμοις ἐγκαταγέγραπται. Καὶ πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτὴν γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσιν εἰς σωτηρίαν.	396 A B: Ἔστι δὲ ἡ παιδεία ἀγωγή τις ὠφέλιμος τῇ ψυχῇ, ἐπιπόνως πολλάκις τῶν ἀπὸ κακίας κηλίδων αὐτὴν ἐκκαθαίρουσα, ἥτις πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσιν εἰς σωτηρίαν. Ταύτην τοίνυν τὴν παιδείαν γνῶναι οὐ τῆς τυχούσης ἐστὶ διανοίας· διότι πολλοί, πρὸς τὸ τῶν γινομένων ἐπί-	Παιδεία δέ ἐστιν ἀγωγή τις ὠφέλιμος τῇ ψυχῇ ἐπίπονος, τῶν ἀπὸ κακίας κηλίδων αὐτὴν ἐκκαθαίρουσα, ἥτις πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσιν εἰς σωτηρίαν. Ταύτην ὑπομένουσι δίκαιοι, τὸ τῆς ἐκβάσεως ὠφέλιμον εἰδότες καὶ λέγοντες·

V frg. 14:	396 A B:	B frg. 13:
	πονον ἀπαγορεύοντες, τὸ τῆς ἐκβάσεως ὠφέλιμον ὑπὸ ἀμαθίας οὐκ ἀναμένουσιν, ἀλλὰ δυσανασχετοῦντες πρὸς τὸ τῆς ἐπιμελείας αὐστηρόν, τοῖς τῆς ἀμαθίας ἀρρωστήμασιν ἐναπέμειναν. Διὰ τοῦτο θαύματος ἄξιαι τῶν δικαίων αἱ φωναί, τῶν λεγόντων· κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. Οὐ γὰρ τὴν παιδείαν παραιτοῦνται, ἀλλὰ τὴν ὀργήν. Τούτῳ παραπλήσιόν ἐστι καὶ τὸ	
	παίδευσον ἡμᾶς, κύριε, πλὴν ἐν κρίσει καὶ μὴ ἐν θυμῷ· καὶ τὸ ἡ παιδεία κυρίου ἀνοίγει μου τὰ ὦτα.	παίδευσον ἡμᾶς, κύριε, πλὴν ἐν κρίσει καὶ μὴ ἐν θυμῷ· ὁποία ἐστὶ καὶ τὸ ἡ παιδεία κυρίου ἀνοίγει μου τὰ ὦτα.
	397 A B: Διό φησιν ὁ Σολομών· λάβετε παιδείαν καὶ μὴ ἀργύριον· ἵνα ἐν καιρῷ περιστάσεων ἢ τοῦ σώματος κάμνοντος, ἢ τῶν κατὰ τὸν οἶκον πεπονηκότων, μή ποτε πονηρὰν ἔννοιαν λάβῃς περὶ θεοῦ, ἀλλ' ἐν ὑπομονῇ πολλῇ δέχῃ αὐτοῦ τὰς πληγάς,	Διὸ καὶ Σολομών· λάβετέ, φησί, παιδείαν καὶ μὴ ἀργύριον· ἵνα φέρωμεν τὰς περιστάσεις γενναίως,
	παιδευόμενος ἐφ' οἷς ἥμαρτες, καὶ λέγῃς καὶ σύ, διὰ τὸ γνῶναι παιδείαν, τὸ ὀργὴν κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ. ...	ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν παιδευόμενοι, λέγοντες· διὰ τὸ γνῶναι παιδείαν τὴν ὀργὴν κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ.
	Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ τῶν μαθημάτων ἀνάληψις παιδεία λέγεται, κατὰ τὸ γεγραμμένον περὶ τοῦ Μωϋσέως, ὅτι ἐπαιδεύθη ἐν πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, τὸ μὴ τοῖς τυχοῦσιν ἑαυτὸν μαθήμασιν	Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ τῶν μαθημάτων ἀνάληψις παιδεία λέγεται, ὡς ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ παιδείᾳ Αἰγύπτου,
	ἐπιβάλλειν, ἀλλὰ γνῶναι τὴν χρησιμωτάτην παιδείαν, οὐ μικρὸν πρὸς σωτηρίαν.	τὸ γνῶναι τὴν χρησιμωτάτην παιδείαν, οὐ τὸ τυχὸν εἰς σωτηρίαν τείνει.

V frg. 19:	400 CD, 401 A:	B frg. 18:
Ὁ μὲν ἀληθὴς λόγος ἁπλοῦς ἐστι καὶ μονότροπος, καὶ ἀπὸ ὑγιοῦς διανοίας προϊὼν τὰ αὐτὰ λέγων ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν· ὁ δὲ σὺν τέχνῃ ψευδής, ποικίλως σχηματιζόμενος, στρέφεται μυρίας στροφὰς πρὸς τὸ τῶν ἀκουόντων ἀρεστὸν μεταμορφούμενος.	Ὁ μὲν ἀληθὴς λόγος, καὶ ἀπὸ ὑγιοῦς διανοίας προϊών, ἁπλοῦς ἐστι καὶ μονότροπος, τὰ αὐτὰ λέγων πάντοτε περὶ τῶν αὐτῶν· ὁ δὲ ποικίλος καὶ ἔντεχνος, πολὺ τὸ ἐπίπλοκον καὶ ἐγκατάσκευον ἔχων, μυρία κατασχηματίζεται, καὶ στρέφεται στροφὰς ἀμυθήτους πρὸς τὸ τῶν ἐντυγχανόντων ἀρέσκον μεταμορφούμενος.	Ὁ μὲν ἀληθὴς λόγος ἁπλοῦς ἐστι καὶ μονότροπος, τὰ αὐτὰ λέγων ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν· ὁ δὲ σὺν τέχνῃ ψευδής, ποικίλως σχηματιζόμενος, στρέφεται μυρίας στροφὰς πρὸς τὸ τῶν ἐντυγχανόντων ἀρέσκον μεταμορφούμενος.
Αἱ παροιμίαι τοίνυν πρὸς τὸ τοῖς τοιούτοις ἀντέχειν χαρίζονται, ὥστε μὴ ἐκπίπτειν ἡμῶν τῆς διανοίας, ὅταν στρέφηται. Ὡς γὰρ τοῦ στρεφομένου δυσκόλως ἄν τις ἐφίκοιτο, οὕτως καὶ τοῦ λόγου τοῦ συνετοῦ, ἢ τοῦ τῶν ἔξωθεν γοργοῦ τινος ὄντος καὶ οὐ δήλου παρὰ τὴν στροφήν.	Πρὸς οὖν τὸ δύνασθαι ἡμᾶς ἰσχυρῶς ἀντέχειν τῇ ἀπὸ τῶν τεχνικῶν λόγων προσβολῇ μέγα ὄφελος αἱ παροιμίαι χαρίζονται. Διότι ὁ προσέχων αὐταῖς, καὶ τὰς ἀπ' αὐτῶν παραινέσεις μὴ ἀργῶς προσιέμενος οἱονεὶ καθωπλισμένος τῇ ἐμπειρίᾳ, δέχεται ἀβλαβῶς τὰς στροφὰς τῶν λόγων, μήτε περιτρεπόμενος ὑπ' αὐτῶν, μήτε ἐξανιστάμενός που τῆς ἀληθείας.	Αἱ παροιμίαι τοίνυν πρὸς τὸ τοῖς τοιούτοις ἀντέχειν χαρίζονται, δι' ὧν ἡμῖν ὑποτίθενται παραινέσεων.
	Ὅταν γὰρ ἄλλως μὲν φύσεως ἔχῃ τὰ πράγματα, ἄλλως δὲ οἱ λόγοι περὶ αὐτῶν ἀναπείθωσι, στροφή τίς ἐστι, μᾶλλον δὲ διαστροφή, ὑπὸ τοῦ λόγου περὶ τὴν ἀλήθειαν γινομένη.	Ὅταν γὰρ ἄλλως μὲν ἔχωσι φύσεως τὰ πράγματα, ἄλλως δὲ οἱ περὶ αὐτῶν ἀναπείθωσι λόγοι, στροφή τίς ἐστι, μᾶλλον δὲ διαστροφή, ὑπὸ τοῦ λόγου διὰ τὴν ἀλήθειαν γινομένη.
Καὶ ὁ ἄλλος μὲν ὤν, ἄλλος δὲ φαινόμενος, στροφῇ κεχρημένος λόγων, ἀπατᾷ τοὺς συνόντας, ὥσπερ τοὺς κύνας οἱ λαγωοὶ καὶ ἀλώπεκες, ἑτέραν δεικνύντες, καὶ ἑτέραν τρεπόμενοι.	Καὶ ὁ ἄλλος μὲν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὢν κατὰ ἀλήθειαν, στροφαῖς κέχρηται λόγων, ἀπατῶν τοὺς συνόντας, ὥσπερ τοὺς κύνας λαγωοὶ καὶ ἀλώπεκες, ἑτέραν δεικνύντες, καὶ ἑτέραν τρεπόμενοι.	Καὶ ὁ ἄλλος μὲν ὤν, ἄλλος δὲ φαινόμενος, στροφῇ κεχρημένος [τῶν] λόγων ἀπατᾷ τοὺς συνόντας, ὥσπερ τοὺς κύνας λαγωοὶ καὶ ἀλώπεκες, ἑτέραν δεικνύντες, καὶ ἑτέραν τρεπόμενοι.

Sed ut penitus videatis, in utra catena textus fontis diligentius conservatus sit, etiam nonnullos textus illius orationis et singularum catenarum componendos mihi proposui. Ac primum quidem duo fragmenta brevioris catenae proferamus. Ex his

frg. 14 (f. 16ᵘ) haec amplectitur verba: Φρόνησίς ἐστιν ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων· ἡ δὲ τοῦ ὄφεως φρόνησις, ἣν καὶ μιμεῖσθαι προσέταξεν ὁ σωτήρ, καὶ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας φυλακή ἐστι τοῦ οἰκείου συμφέροντος μετὰ τῆς τοῦ πλησίον ἐπιβουλῆς· ὁποία τοῦ ὄφεως τοῦ τηροῦντος τὴν ἑαυτοῦ κεφαλήν· καὶ ὁ τῆς ἀδικίας δὲ οἰκονόμος τὸ συμφέρον ζητῶν τοὺς ἁπλουστέρους συνήρπαζεν. Ἀληθὴς δὲ φρόνιμος οὐκ ἀρετῆς ἐκστήσεται, οὐ περιπίπτει κακῷ· ὡς δὲ νοῶν λόγους φρονήσεως διακρίνει τούς τε περὶ τῶν πρακτέων καὶ τοὺς ἀπατηλούς.

Quibus cum verbis conferenda sunt haec illius orationis (397 C, 400 A): Τὴν φρόνησιν τοίνυν ἐπιστάμεθα οὖσαν μίαν τῶν γενικῶν ἀρετῶν, καθ' ἣν ἐπιστήμονες γινόμεθα ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων οἱ ἄνθρωποι. Ὁ δὲ φρόνιμος δηλονότι παρωνύμως ἐκ τῆς φρονήσεως προσηγόρευται. Πῶς οὖν φρονιμώτατος ὁ ὄφις πάντων τῶν θηρίων μεμαρτύρηται γεγενῆσθαι; καὶ πάλιν ὁ κύριος· γίνεσθε φρόνιμοι, ὡς οἱ ὄφεις. Καὶ φρόνιμος ὁ οἰκονόμος τῆς ἀδικίας. Ἢ δῆλον, ὅτι διπλοῦν ἐστι τὸ τῆς φρονήσεως ὄνομα; ἡ μὲν γάρ τίς ἐστι φυλακὴ τοῦ οἰκείου συμφέροντος μετὰ τῆς τοῦ πλησίον ἐπιβουλῆς, οἵα ἡ τοῦ ὄφεως τὴν κεφαλὴν ἑαυτοῦ συντηροῦντος. Ἧδε τις ἔοικεν εἶναι κακεντρέχεια τρόπων, ὀξέως τὸ ἴδιον λυσιτελὲς ἐξευρίσκουσα, καὶ συναρπάζουσα τοὺς ἀκεραιοτέρους· ὁποία ἡ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας. Ἡ δὲ ἀληθὴς φρόνησις διάγνωσίς ἐστι τῶν ποιητέων καὶ οὐ ποιητέων· ᾗ ὁ κατακολουθῶν οὐδέποτε μὲν τῶν τῆς ἀρετῆς ἔργων ἐκστήσεται, οὐδέποτε δὲ τῷ ὀλέθρῳ τῆς κακίας περιπαρήσεται. Ὁ τοίνυν νοῶν λόγους φρονήσεως οἶδε μέν, τίνες σοφισματώδεις καὶ ἀπατηλοί, τίνες δὲ οἱ περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον πρακτέων τὰ βέλτιστα ἡμῖν ὑποτιθέμενοι.

Hunc locum verbis ipsis ab illo fragmento longe abhorrere haud difficile est intellectu. Multo melius verba orationis iam retenta sunt in tertio scholio brevioris catenae, quod f. 15ʳ scriptum videmus. Textum huius fragmenti autem in priore columna, illa orationis verba in altera afferemus.

B frg. 3:	388 BC:
Τὸ τῶν παροιμιῶν ὄνομα ἐπὶ τῶν δημωδεστέρων παρὰ τοῖς ἔξω τάττεται λόγοις, καὶ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς λαλουμένων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· οἶμος γὰρ ἡ ὁδός.	Τὸ τῶν παροιμιῶν ὄνομα ἐπὶ τῶν δημωδεστέρων λόγων παρὰ τοῖς ἔξωθεν τέτακται, καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς λαλουμένων ὡς τὰ πολλά· οἶμος γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ ὁδὸς ὀνομάζεται, ὅθεν καὶ τὴν παροιμίαν ὡρίζοντο, ῥῆμα παρόδιον τετριμμένον ἐν τῇ χρήσει τῶν πολλῶν, καὶ ἀπὸ ὀλίγων ἐπὶ πλείονα ὅμοια μεταληφ-

B frg. 3:

Παρ' ἡμῖν δὲ λόγος ἐστὶν ὠφέλιμος, μετ' ἐπικρύψεως μετρίας αὐτόθι ἔχων τὸ χρήσιμον καὶ πολλὴν τὴν ἐν τῷ βάθει διάνοιαν.

Ὅθεν καὶ ὁ κύριος· ταῦτα, φησί, λελάληκα ἐν παροιμίαις. Ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις, ἀλλὰ παρρησίᾳ λαλήσω ὑμῖν· ὡς τοῦ παροιμιακοῦ λόγου τὸ πεπαρρησιασμένον τῆς διανοίας οὐκ ἔχοντος, ἀλλὰ πλαγίως ἑαυτοῦ τὸ βούλημα τοῖς ἐντρεχεστέροις παραδηλοῦντος.

388 B C:

θῆναι δυνάμενον. Παρὰ δὲ ἡμῖν παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος, μετ' ἐπικρύψεως μετρίας ἐκδεδομένος, πολὺ μὲν τὸ αὐτόθεν χρήσιμον περιέχων, πολλὴν δὲ καὶ ἐν τῷ βάθει τὴν διάνοιαν συγκαλύπτων. Ὅθεν καὶ ὁ κύριος· ταῦτα, φησίν, ἐν παροιμίαις ὑμῖν λελάληκα. Ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις, ἀλλὰ παρρησίᾳ λαλήσω ὑμῖν· ὡς τοῦ παροιμιακοῦ λόγου τὸ πεπαρρησιασμένον καὶ δεδημοσιευμένον τῆς διανοίας μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ πλαγίως ἑαυτοῦ τὸ βούλημα τοῖς ἐντρεχεστέροις παραδηλοῦντος.

Praeterea conferatis, quaeso, frg. 9 = 389 B; frg. 24 = 401 B — D; frg. 30 = 409 B C, 412 A B. Etiamsi in fragmentis allatis similibusque orationis locis quaedam res ad verbum conspirant, tamen illi loci in scholiis in universum aliquantum commutati sunt.

Ut iam pergamus, nonnulla alterius catenae exempla adscribamus. In hac frg. 11 (f. 1ᵘ) ita legitur: Ὁ τοίνυν νοῶν λόγους φρονήσεως οἶδε μέν, τίνες σοφισματώδεις καὶ ἀπατηλοί, τίνες δὲ οἱ περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον πρακτέων καὶ τὰ βέλτιστα ἡμῖν ὑποτιθέμενοι. Quae verba in Basilii oratione (400 A) hoc modo scripta invenimus: Ὁ τοίνυν νοῶν λόγους φρονήσεως οἶδε μέν, τίνες σοφισματώδεις καὶ ἀπατηλοί, τίνες δὲ οἱ περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον πρακτέων τὰ βέλτιστα ἡμῖν ὑποτιθέμενοι.

Frg. 24 (f. 3ʳ) deinde sic exhibetur: Δικαιοσύνη· ἡ μὲν ἐν ἡμῖν στρεφομένη, ἡ τοῦ ἴσου διανομή· ἡ δὲ οὐρανόθεν ὑπαγομένη παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ, ἥ τε ἐπανορθωτικὴ καὶ ἡ ἀνταποδοτική. Hoc in illa oratione (404 A) hac forma invenitur: Ἔστι δὲ δικαιοσύνη, ἡ μέν τις ἐν ἡμῖν στρεφομένη, ἡ τοῦ ἴσου διανομή. Ἐὰν γὰρ καὶ μὴ τυγχάνωμεν αὐτοῦ κατὰ ἀκρίβειαν, ἀλλὰ γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ ποιοῦντες, οὐκ ἀποπίπτομεν τοῦ σκοποῦ. Ἡ δέ τις οὐρανόθεν ἐπαγομένη παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ, ἥ τε ἐπανορθωτικὴ καὶ ἡ ἀνταποδοτική, ...

Denique frg. 491 (f. 43ʳ) adiciamus: Ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα· τουτέστι στερεὰν τροφὴν ἡτοίμασε τοῖς διὰ τὴν ἕξιν γεγυμνασμένοις τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς· καὶ ἐκέρασεν. Quo cum scholio comparanda sunt haec (392 C, 393 A): Ἔσφαξε, φησί, τὰ ἑαυτῆς θύματα· τουτέστι

στερεὰν τροφὴν ἡτοίμασε τοῖς διὰ τὴν ἕξιν γεγυμνασμένοις τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς. Ἐκέρασεν . . .

Ad hoc cf. frg. 21 = 400 D, 401 A; frg. 30 = 404 CD; frg. 37 = 408 CD; frg. 89 = 392 C; frg. 495 = 393 A; frg. 501 = 393 A. In his fragmentis nonnullae partes etiam ad libidinem ex illis orationis locis excerptae sunt. Sed in summa vix dubium est, quin in amplissima catena verba ipsa eorumque contextus diligentius conservata sint. Quamquam autem res ita sese habet, tamen pro certo sumere non audeo illam catenam ubique de fide textus pluris esse putandam.

VITA.

Natus sum Carolus Hermannus Otto Hoppmann a. d. III Idus Dec. a. 1886 in vico Hannoverano, cui nomen est Sillium. Parentes carissimos Carolum et Linam e gente Ehlers adhuc superstites gratissimo colo animo. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum elementis imbutus gymnasium Andreanum urbis Hildesiae sex per annos frequentavi. Vere anni 1907 maturitatis testimonium adeptus almam litterarum sedem Ienensem adii studiisque me dedi maxime philologicis classicis et theologicis per duo semestria. Tum postquam Monachii et Berolini senos menses eadem continuavi studia, Ienam redii, ut studia ad finem perducerem.

Docuerunt me hi viri docti Ienenses: Baentsch †, Delbrueck, Diehl, Eucken, Goetz, Hirzel, Iudeich, Leitzmann, Lietzmann, Pick, Rein, Thuemmel, Weinel, Wendt; Monacenses: de Bissing, Crusius, Drerup, Poehlmann, Voll, Vollmer, Weyman; Berolinenses: Deissmann, Deutsch, Helm, Kleinert, Norden, Riehl, Thomas, Vahlen, de Wilamowitz-Moellendorff.

Et Ienae et Monachii et Berolini exercitationibus prosemiarii philologici interfui. In seminarium philologicum Ienense receptus moderantibus Goetz et Hirzel sex menses sodalis fui extraordinarius duoque semestria sodalis ordinarius, per unum subsenior. Ad exercitationes theologicas Berolini Deutsch, Ienae Lietzmann et Weinel me admiserunt.

Quibus viris omnibus, imprimis Iohanni Lietzmann, qui ad hanc dissertationem componendam me incitavit eiusque fuit fautor et adiutor, gratiam habeo semperque habebo.

Denique bibliothecis regiis Berolinensi et Monacensi, praecipue autem bibliothecae Vaticanae urbis Romae gratias ago, quarum benevolentia huius dissertationis conscribendae copiam habui, itemque bibliothecae Ienensi, in qua codices adhibiti diligenter conservabantur.